

1772

18

J. III. 18.

# SUMMARIUM

## JUDICIJ REGULARIS

Ex Sacrosanctis Canonibus & Decretalib<sup>9</sup> GREGORIJ IX. prius per R.P. Remigium à S. Erasmo Religionis Nostræ Scholarum Piarum Theologum Canonistam per Provinciam Germaniæ breviter

## CONCINNATUM.

Novissimè verò per P. LAVENTIVM à S. ROLIA S. Theologia Professorum Collegij Varaviensis, in multis locupletatum  
&

## A U C T U M

Cui de novo accessit pars I. ex libro i. Decretalium per totum; circa finem verò libri, Actus XII. totus, in quo est adiecta Processandi forma, Purgatio Canonica, Collegiorum Visitatio, necnon Index rerum & verborum qui in brevi Epitome Processus P. Remigii desiderabatur.

## SUPERIORUM PERMISSU.

Anno 1744.

---

V A R S A V I A

Typis S. R. M. & Reipublice Scholarum Piarum.

Ad usum Rydk Patr.  
D. Ioannis Neponucen  
D. Cypriani  
Ecclesie.

JN  
STEMMA RELIGIONIS  
SACROSANGUTUM.



Matri IUSTITIÆ quod jus Iegesq; Sacrentur  
Propositi causam Lector amice tene:  
Nomina Magna solent jus & Decreta tueri,  
Nomine nil isto Celsius esse potest.



FACVLTAS A. R. P. PROVINCIALIS.

**C**Vm Liber cui tit. Summariū Judicij Regularis ex Sacrosanctis Canonibus præcipue lib. I. & 2. Decretaliū Gregorij IX. alijq̄ Canonistis ut ibi præfertur primò per R.P. Remigium à S. Erasmo per Provinciam Germanie Religionis Nostræ Canonistam Theologū inibi Superiorum permisso authenticè concinnatus sit; ad præsens verò per P. LAURENTIVM ANDREAM à S. ROSALIA S. Theologie Professorem ex libro I. Decretaliū; De Synopsi & Rubricis Canonū; De officio & qualitate Iudicis Spiritualis, De Personis Constit. Iudiciū etiam Summariū, acde plenitudine & integritate Iudicij; de Purgatione Canonica &c. penè de novo institutus. Nos tanquā opus perneccarium approbantes, robur auctoritatis nostre adiçimus, utq̄ in lucem de novo prodire possit, si ijs. ad quos pertinet videbitur, facultatem in Domino impertimur. Datum Varsaviae in Collegio Nostro Scholarum Piarum Anno 1744. Die 3. Iulij.

**IGNATIVS, VLADISLAVS à S. STANI.**  
SLAO Præpositus Provincialis.

mpp.



# Censura Ordinarij, & Theologij Religionis.

**O**puseulum hoc de Processu summario Regularium legi, in eoq; omnia ex optimis fontibus ac Authoribus excerpta per Authorem ac ejus Recusorem magna diligentia ac sedulitate commendabili inveni. Proinde ut Typis in mandari possit, libenter assentior.


In cuius rei fidem manu mea subscripti  
Varsaviæ Die 1. Julij, Anno Dom. 1744.

*Demetrius Franciscus à C. B. V. Assitens  
Provincialis, S. T. & SS. Canonum Professor,  
necnon authoritate Ordinariâ per  
Diæcesim Posnaniensem Librorum Censor.  
mpp.*

Imprimatur.

**ANTONIUS GRZEGORZEWSKI**  
U.J.D. in Ecclesia Cathedrali Posnaniensi Archidiaconus, Vicarius in Spiritualibus, & Officialis Varsaviensis, ac per Ducatum Masoviæ Generalis.

*mpp.*



## DEDICATIO.

Reverendissimo Patri JGNATIO VLADISLAO à S. STANISLAO per Poloniam  
PRÆPOSITO  
PROVINCIALI.

**N**E dedigneris Reverendissime  
Pater submissè Tibi dedica-  
tum libellum hunc Paternō  
prosequi aspectū, ab illo enim  
id Tibi Xenij offertur Cliente, qui  
juste & tuus ipse est, & quidquid pro-  
fert, id totum Tibi debet. Summa-  
rium Iudicij Regularis Tuæ offert hu-

milis dignationi, qui universæ judi-  
cio Religionis summam rectè possedi-  
sti hac in Provincia dignitatis. Quid  
verò hoc in opere lateat publicæ utili-  
tatis quis ignoraverit? Homines  
quippe quos S. Vocatio è mundi stre-  
pitu transtulit, deviantes à semitis lu-  
sticæ servire Domino in timore cum  
Prophæta facit; utq; noverint omnes,  
Sacros Magistratus Religionum & à  
Deo constitui malis ut Iudices, &  
bonis dari ut Patres. Evidem non  
tam lex, quam præmia æterna quemq;  
nostrum ad bonum urgere debent;  
Quoniam (ut præfert sacer textus To-  
biae c. 2.) filij Sanctorum sumus! &  
illam expectamus vitam, quam De-  
us daturus est his qui diligunt illū.  
Nihilominus ut subiecti Tui timentes  
promptius à malo declinent, erit iste  
libellus sub Tua luce ostensus, velut  
fulgura illa, quibus Deus Hebreis in  
Exodo super Syna montē legem dedit,  
non ut illos occideret, sed ut ad legis  
observantiam provocaret. Religionem  
namq; sanctam dici & laudabilem,  
( ait


( ait D. Bonav. de sex alis Seraphim  
cap. 3. ) non quia in ea nullus pec-  
cans invenitur, sed quia nullus im-  
punè in ea peccare sicutur. Liquet  
autem ( ait S. Greg. Regulæ suæ Pa-  
storalis cap. 6. ) quod omnes ho-  
mines natura æquales genuit, sed va-  
riante meritorum ordine alios alijs  
culpa postponit. Ergo necesse est ut Re-  
ctores à subditis timeantur, quando ab  
eis Deū timeri minimè deprehendunt,  
ut humanā saltim formidine peccare  
metuant, qui divina Iudicia non for-  
midant. Verum quidem est, quod vi-  
tia erunt, donec erunt homines! Et  
quamvis Religionis Magisterium illos  
doceat assumere mores quos amat San-  
ctitas, non quos superinduit perversi-  
tas, non dat tamen penitus exuere quod  
est hominis, cuius corruptæ naturæ fo-  
mes progerminat peccata, vitia mul-  
tiplicat; Verum tamen inter hæc solli-  
citâ circumspetione providendum,  
ne aut districtio Iustitiae sit rigida, iut  
pietas misericordie sit nimis remissa;  
misceda ergo est lenitas cum severi-  
tate,

tate, faciendū quoddam ex utroq; tem-  
peramentū, ut neq; multā asperitate e-  
xulcerentur subditi, neq; nimia beni-  
gnitate solvantur; quod juxta Pauli  
vocē bene illa tabernaculi Arca signifi-  
cat Hebr. 9. in qua cum tabulis virga  
simul & manna est, quia cum Scriptu-  
ræ Sacræ scientia in boni Prælati pec-  
tore si est virga distinctionis, sit necesse  
& manna dulcedinis. Hæc Tua licet  
mens Reverendissime Pater altè tene-  
at, ut legentibus rāmen in promptu sit  
veritas, promere hac in pagina id mens  
mea me obligat. Excipe igitur gratiā  
quā soles opus et si mole ipsa parvū, ta-  
men Religioni Nostræ, atq; adeò Præ-  
latorū ac Rectorū Singulis huius Pro-  
vinciæ Tu Nomine & Authoritate  
Magnū, utilitati exoptatū, & Ibi-  
met Ipsi gratum exhibe.

Jta ex Animo Submissus Optat

Reverendissimæ Paternitatis Tuæ  
Cliens & filius in Xto

LAURENTIUS S. P.



# Ex Libro I. Decretaliū Gregorii IX.

Præambula Juris Summarij,  
sive Pròlegòmena.

## § I.

*De Synopsi Decretalium, & Ru-  
bricis Canonum.*

I. **I**ibri Decretalium in genere  
agunt *Primo De Iudicibus Ec-*  
*clesiasticis. 2dò De Iudicijs & Pro-*  
*cessu tum amplo, i. e. cum solenni-*  
*tatibus & Apicibus Iuris; tum sum-*  
*mario. Et quia ad utrumq; Iudicium*  
*de-*

65\*56

deducuntur causæ vel Civiles, vel  
Canonicae, & haec vel Laicorum vel  
Clericorum, leves, vel criminales;  
Ideo Libro 3<sup>to</sup> agunt Decreta-  
lia de causis Civilibus præsertim  
Clericorum. Libro 4<sup>to</sup> De Causis  
Civilibus Laicorum. Libro 5<sup>to</sup> de  
Causis criminalibus Clericorum &  
Laicorum inquantum pertinent  
ad forum Canonicum. Hanc gene-  
ralem Synopsim Glossa complecti-  
tur hoc versiculō: *Iudex, Iudicium,*  
*Clerus, sponsalia, crimen.*

2. Notandum velim hic, Quod li-  
cet causæ criminales Clericorum  
spectent ad Iudicem spiritualē com-  
muni lege Ecclesiasticā, tamen non  
omnis Iudex Ecclesiasticus & Spi-  
ritualis omnia crimina Clericorum  
aut Ecclesiasticē sibi subiectorum  
disjudicandi habet potestatem. Hinc  
licet liber 5. Decretalium disponat  
causas criminales fori spiritualis, ta-  
men de criminibus adversantibus fi-  
dei præter Inquisitores hæreticæ  
pra-

pravitatis, aut ubi Tribunal S. Inquisitionis non est, præter Loci Ordinarios, Regulares Prælati etiam de suis subiectis disjadicandi non habent potestatem, uti Pius V. & Sixtus V. qui varia in urbe Tribunalia erexit censuerunt; Et Clem: VIII. speciali Constitutione cavit. Talia autem crimina sunt: *Simonia, Iudaismus, Paganismus, Hæresis, Schisma, Sortilegia, Veneficia, Incantationes, Blasphemiae publicæ &c.* Prout præfertur à titulo 3. usq; ad 9. in libro Decretalium 5to. super quo præmonet Nostros Capitulū Generale 1736. Romæ Celebratum.

### 3. Abbreviationes sive Rubricæ Canonū.

Canonistæ in jure passim utuntur vocibus & rubricis abbreviatis quod pet literas passim exprimunt. Unde casu quo si veniendum ad Authores sit, passim non repereris id quod inquires, nisi hic intelligas ista breviculo, qui summariō gaudes; quid quæsto enim facto opus dices si in

Cano-

96<sup>o</sup>

Canonistis istas literas repereris:  
*Pr.* ? Significant autem *Principiō*;  
similiter hæ: *dl*, *dt*, quid sonent vel-  
lem edisseras? donotant verò: *dicta  
lege, dicto titulo*. Et sic de alijs, ut à *s.*  
*c.*, à sensu contrario; *bf*, *mf*, bona fide,  
malā fide. Item consonantes in fi-  
ne duplicatæ in vocibus significant  
pluralem numerum, *v.g.*; *de temp.*  
*Ord.* de temporibus Ordinationum;  
*L. XII: Tabb.* Lex 12mâ Tabula-  
rum. *In Citt:* *ll.* *in citt. capp.* Incita-  
tis legibus, in citatis Capitibus. *A.*  
*r.d.* acquirendô rerum dominiō. *d.r.*  
divisione rerum *R. d.* Rebus dubijs;  
*I. C.* Iure codicillorum. *I. & I.* Iu-  
stitia, & Iure. *I. & f. I.* Juris &  
facti ignorantia. *I. N. I. G. & C.*  
Jure naturali, Iure Gentium & Ci-  
vili. *LL.* Legibus. *N.O.N.* Novi  
Operis Nuntiatione. *O. & A.* obli-  
gationibus & actionibus. *R. C.* Re-  
bus creditis. *f. p.r.* *f. p.u.* servituti-  
bus prædiorum rusticorū, servituti-  
bus prædiorum Urbanorum. *V.I.E.*

vete-

•S\*•

veteri Jure enucleando *VV.* 00.  
Verborum obligationibus. *VV.* s.  
Verborum significatione. *RR.* I. Re-  
gulis Iuris. *R.* V. Rei vindicatione.  
Hæc & alia non incongruenter huc  
spectant, summarium enim Judiciū,  
clavis esse debet ad plenarium.

## §. II.

### *De Iudice Ecclesiastico, Officio, & Qualitate Illius.*

**C**Um ad obiectū māâle Iuris quod  
est æque de essentia, ac forma-  
le, hæc tria spectent: *Personæ, Res,*  
*& Actiones;* Congruum est de Offi-  
cio, qvalitte , ac alijs ad Judicem  
pertinentibus hic pauca ponere,deq;  
Personis Constituentibus Judicium  
atq; plenitudine & integritate Ju-  
dicij aliqua breviter pertractare ;  
Non enim minus censenda sunt sub-  
stantiâlia ad summarium Judicij quæ  
se tenet ex parte materiæ, ac ea quæ  
se

¶\*§\*

se tenent ex parte formæ. Et vide-  
bimus infra lib. 2. Decretalium u-  
bi de Processu summario agetur ,  
debere dari omnino in casu, ut ple-  
na ac integra sui defensio cuiq; re-  
linquatur appellations, exceptiones  
à Testibus, à Judice etiam ipso si sit  
interessatus & gravaminosus parti,  
Cur igitur ista hinc reiiciantur quæ  
tam ad informationem Judicij, quām  
judicandorum Ecclesia constituit ;  
Non magis quippe consonum est ut  
neminem injustè Judex aggravet ,  
cū justitia sit Cardinalis Virtus ,  
non vitium; ac pernecessarium vi-  
detur ut in plenitudine juris proce-  
dat tam ex parte materiæ,quām ex-  
parte formæ,in accidentalibus enim  
tantum Sacri Canones ad summani-  
um restringuntur. Hoc igitur præ-  
missō.

**Quæres i.** *Quod & quale sit Offi-  
cium Iudicis ?*

**R.** Esse munus publicum cognoscen-  
di & definiendi causas quæ in utroq;  
foro

• 5 \* 5 •

foro agitari consvererunt. Quale autem debeat esse judicium judicis docent sacræ paginæ de Judicibus Populi Dei, *Exodi* 18. Et alijs multis in locis ut quærenti patebit, ubi rigidè jubentur sine acceptatione Personarum judicare, cùm teneant locum Dei. Vide hac de materia Trident. 24 cap. Et less. 25. Cap. 2. ¶. 3. & 10 de Reformatione Regularium. Et in Pandectis lib. I. tit: II. 12 f. *Iudex* inquit S. Isidorus Hispalensis lib. 8. Ethimologiarum dicitur quasi *Ius dicens*, sive *Iure disceptans*; Jure autem disceptare ait, est justè judicare; Non est autem *Judex*, si non est in ipso justitia quacunq; ex parte.

Quæres 2. Quot modis *Iustum*  
*Judicium* pervertitur?

R. 5q; Ignorantiâ, Odiô, Cupiditate, Amore, & Timore; Ignorantia iudicis, plerumq; est Calamitas Innocentis. Ait S. Aug lib. 19. de civitt. Dei cap. 16. Hinc ait Henric⁹ Zois⁹ ad Digestorū sive Pandectarum

Li-

• 18\* 50 •

Librum 5. tit. de Iudice pag. 171.  
n. 25. Convenientiss. bono publico man-  
datur judicandi munus Iurisperitis se-  
cundum Platonem, qui sapientem optat  
præponi Rebus-publicis, & cum demū  
eas fore beatas dicit. Unde Justinian-  
nus Nov. de Iudicibus in principio  
c. 2. his verbis differit: Quomodo non  
maximum vitium erit non eis qui ex-  
se quid agendum sciunt lites tradere,  
sed sinere eos querere alios à quibus  
liceat discere quæ ipsos in judicando e-  
loqui decet. Benè proinde reus excipi-  
pit ignorantē Iudicē, ut pote pro se  
justè decernere incapacem. Odi-  
um; fundat perversum judicium, ibi  
enim locum habere non debet ulla  
passio, ubi sola decernere jube-  
tur ratio. De Cupiditate illud hic  
licet afferre quod Seneca dixit: Vis  
probus ac justus Iudex esse? excute si-  
num à munere; ne te immisceas illis  
latronibus vitae famæq; alienæ: In  
quorum manibus (ut ait Psaltes Psal.  
25.) iniquitates sunt, dextera eorum  
reple-

• 5 •

repleta est muneribus. *Amore Ju-*  
*dex non excæcandus; Nam ut dicit*  
*S. Hieronymus apud V. Bedam; Æ-*  
*quum Iudicium est, ubi non Persona,*  
*sed opera considerantur.* Etenim  
semper iniquus est Iudex, qui aut in-  
videt, aut favet; ait Cic. pro Placi-  
dia. Hinc Areopagitæ controversi-  
as composituri, noctu judicabant, ut  
facta solùm cognoscerent, non fa-  
cies. Ait *Tympius*. De Timore tan-  
dem dicit S. Aug. locô supra cita-  
tô: *Decet longè magis Iudices Deum*  
*timere, quam homines.*

Deniq; Iudicis est partibus ante-  
quam litigij telam ingrediantur con-  
sulere, ut res amicè componant si  
sint offensiones Personales. Semetip-  
sum ad Iudicandū prælectione mul-  
tā comparare; mutilum judicium si-  
ne citatione saltim verbali, compa-  
ritione partium, cognitione profun-  
da causæ non facere. Sunt & aliæ  
causæ atq; qualitates in Iudice per-

¶ 56

petuò requisitæ; Ut cautela maxima  
præcipitantæ; Ad pænitendum enim  
properat, qui citò judicat; Nam judi-  
cia festinata lites nutriunt, non ex-  
tingvunt. Deinde; ne hoc ipsô vitiō  
notetur, cuius Iudex constituitur; ne  
furem ut aiunt damnet, qui se ipsum  
fune quotidie absolvit. Ad quod  
juvat illud Socratis nosse; qui conspi-  
catus aliquando turbam è foro ad  
patibulum furem comitantem unà  
cum Iudicibus, effusè risisse dici-  
tur, interrogatus verò cur riserit? <sup>2</sup>  
respondit: *Video magnos latrones du-  
centes parvum latronem ad suspen-  
dium, qui digniores sunt suspensiō.*  
Valer. Maximus, lib. 7.

Quæres 3. *Quis Constituere possit  
Iudicem cum Iurisdictione ordinaria?*  
¶. Lex seu Canon. Vel Custos Le-  
gis & administer; ut in Religione  
*Generalis.* *Provincialis* cum dele-  
gatione autem ijdem alios ut *Gene-  
ralis Visitatorem, Provincialis Com-  
missa-*

10

missarium dummodo non ex ijs sint  
quos lex prohibet vel naturalis, vel  
Canonica, vel Civilis.

Quæres 4. *Quales prohibentur  
Naturâ aut lege fieri aut deputari Iu-  
dices?* R. Naturâ prohibentur sur-  
di, furiosi, Impuberis, Sacris ve-  
rò Canonibus sive lege Avari, Adu-  
latores, partium Accusatores sive  
Actores Ipsi, Partibus faventes.

*Can. 2. §. si verò q. 3. C. 7.* Ta-  
les communiter excluduntur.

Quæres 5. *Inter Iudices Ordinarios  
recensenturne Prælati Locales seu Re-  
ctores Domorum?* R. Negativè;  
Nam ii licet sint veri etiam Præla-  
ti, quia tamen eorum Iurisdictio est  
à Iure limitata circa criminalia,  
ideo nisi specialiter delegentur, jus  
non dicunt. *Ita Lezana; Passeri-  
nus c. 25. Mirand. tom. 2. q. 19.  
o. 1.* Et communiter Ius Canoni-  
cum. Et justum est, nam domestici  
apud Prælatum displicantias priva-  
tas

• 8 \* 8 •

tas conservaverunt s<sup>e</sup>pe contrahere; ab æmulis coram eis urgeri; Et sic non ex æquo procederet justitia in gravaminosissimis, quod foret perniciossimum. Hinc est quod Spatarius in Methodo Correctionis Regularium tract. 2. c. 5. n. 6. ait: *Sepius prætacitum est, Prælatos locales in omni fere approbata Religione Sententiative ac judicialiter procedere non possè, nec Processus in scriptis formare.* Supple: *Sententiativos ac definitivos, nam Informativos Capitulum Generale 1718. eis concedit, ut inquam possint & valeant malefacientes refrænare, si fratum svasū, Paternis monitionibus minimè acquiescant.* Incarcerare tamen non possunt citra violentiam manuum in Clericos injectionem, & ipsôfactō excommunicationem per Canonem *Si quis. Re ad extrema evidentissimâ Justitiâ, non ullâ malevolentia per Decre-*

ta

418\*50

ta non adductâ, cùm res sit infamiae & criminis, ac parvitæ auferrendæ juxta Iuris axioma: *Tolle vitam! si tollis (puta iniquè) famam.* Nisi fiat quis ex numero jam nimis infamium & fugitivorum, ac nullius fidei.

**Quæres 6. Qui possunt in Iudices  
à Generalibus & Provincialibus  
delegari?**

¶. Omnes à Jure vel ab Homine non excepti, possunt delegari Canonice, præter supra quærito 3. attachos, quos recensent Canones. Ignaros vel maximè, ne in re quæ prorsus Divina est, graviter erretur. Interressatos habentes aliquid ad partes. Munus delatorum multò magis accusatorū pro priori exercentes &c.

**Quæres 7. Occurrente Probabiliti in  
judicando opinione cum Probabiliori,  
quam tenetur Iudex sequi?**

¶.

• 36 \* 36 •

¶. Si variabiles super aliquō Authorum sint sententiæ, juxta timo-  
ratiores Canonistas ( ait Spatharius) Judicem non debere sequi sibi pla-  
citam aut multis etiam Communem Senten : dum opposita gravi-  
oribus nititur fundamentis; sed tunc super duo hæc reflexio habenda:  
**I**mò *Quod in dubijs favendum sit reo;*  
ut jus Commune vult. **2dō.** *Quod*  
tunc & potissimum ubi intercedit  
quid criminale , requiruntur *Pro-  
bationes luce meridianâ clariores.*

Nam Ipsemet Justinianus Imperator Juri suo interposuit : *Satius esse dicens impunitum relinqu facinus Nocentis, quam Innocentem damnari.* Et ratio est; etenim omnime veritas tuenda, quam DEUS & lex præcipit; unde *Deut. C. 17.* ad Judicem dicitur: *Si quid tibi fuerit nuntiatum audiensq; inquisieris diligenter, & verum esse repereris.* &c. Et Exodi Cap. 23: *Non susci-  
pies*

• 6 \* 5 •

pies vocem mendacij, nec in Iudicio plurimorum acquiesces Sententiae ut à verò devies, insontem enim & iustum non occides. Sed si in Probabilis Sententia m. Sancti Thomæ licet Judex privatâ scientiâ delatum certò esse Innocentem sciat, tamen si testes aliud probent ut publicus Judex debeat eum condemnare ; Nunquam verum reperiet, ut præcipit Deus ; Nam falsa testimonia , verum crimen fabricare nequeunt ; Et publica illa iniquæ probationis Scientia , postponenda est certæ veritati.

### §. III.

*De Personis constituentibus Iudicium Summarium; ac de plenitude & integritate Iudicij.*

Quæres i. Quot Personæ Constituant Iudicium Canonice integrum etiam summarium.

R.

• 6 \* 5 •

R. **T**Res, *Actor*, *Reus*, & *Iudex*.

*Actor* est qui actionem Canonica m contra aliquem intentat, & ad judicium provocat, Iste debet testibus rem probare incorruptis seu pecuniâ, seu promissis; In criminalibus dicitur *Accusator*, cuius vicem sâpe supplet *fama clamorosa*, puta tam ad extra quam ad intra strepitû fori personans, & aures Iudicis, bis ter, quaterq; pulsans, non ad unius aut alterius, clandestinas scriptô seu m. verbô delationes.

*Reus*, à reatu vel à re ob quam in Iudicium trahitur ita appellatur, debet habere præ oculis DEUM & conscientiam ut Canonicè de publicis & ad forum Canonicum jam clamantibus ac clamoris factis interrogatus vera dicat, ne sacrilegus atq; perjurus insuper evadat. Non tenetur tamen soli Deo nota, privata, & ad Sigillum

Sa-

•S\*•

Sacramentale *spectantia* dicere; Pro-  
inde puncta antequam juret super  
quæ interrogandus est à Iudice ex-  
petat sibi prælegi , ut si quid ve-  
lit justè excipiat nec se tenere ad  
ista dicat. Nam fori etiam Ca-  
nonici Judex nihil habet de inter-  
nis.

*Iudex*, Æquanimis, nulliq; parti-  
penitus adhærens, propitius utriq;  
& condolens, non arguens aut fæ-  
viens , neq; ab executione aliqua  
ante Decretum ut multi ignari fa-  
ciunt incipiens, sed à svavi condo-  
lentialiq; Processu. Ante omnia ad-  
dat Reo Patronum ut se defende-  
re pro Viribus possit,ne sit iniqvus  
oppressor Clerici , hic autem de-  
fensor rei esse poterit aliquis ex  
Patribus qui se paret è diametro Ca-  
nonicè solvere , juraq; rigidè ad-  
vertere ne quid per testes vel acto-  
rem iniqvum contra reum fiat ;  
multiq; id meriti sibi existimet,cum  
&

• 50 •

& ipse coram Judice DEO multorum nocens sit.

Quæres 2. *An quis invitus trahi possit ac compelli à Iudice ad agendum contra reum?*

R. Absit! imò cum nullus actor existat, Judici neutquam aliquem judicare fas est; Nam ut ajunt Iurati: *Nemine instigante, absolvitur reus.* Jta etiam ipsamet Decretalia GREGORIJ IX. l. t. 3. Cap. decernunt: *Vt nemo invitus agere, vel accusare cogatur.* Excipe, nisi jam litem inchoaverit, & accusacionem atq; actionem Canonicè in sessione Judicij intentaverit, tunc enim subest jam Judicio, teneturq; procedere cùm alterum diffamaverit. Lib. i. diffam. Cap. de Ingeniti ibidem. Hæc sunt quæ se tenent ex parte materiæ.

Quæres 3. *In quo consistat forma Iudicij, adeoq; formale & minimè informe Iudicium, etiam summarium.*

R.

• S\* S\*

¶. Forma Iudicij Summarij consistit in his quæ jure naturali & Pontificiō requiruntur, qualia sunt 1. *Præsentia partium.* 2. *Propositio criminis* & *causæ;* 3. *Eius probatio.* 4. *In absentia alterius absentis citatio* 5. *Plena, undequaq[ue] libera Rei, seu nocentis,* & *sontis defensio;* ne *is inauditus* & *indefensus* *damnetur.* 6. *Testium juramento probata, ac convincens depositio.* 7. *Sententiæ à Iudice justa prolatio.* 8. *Et insuper ex Clem.*  
2. *sæpe de usu summarij, Actori & Testibus de calunnia & falsitate non inferenda in Iudicium contra accusatum, juramento firmata coram Iudice contestatio.* Nec valet quidquam excusatione Summarij circa hæc perfunctoriè agere vel intermittere, cùm sint de substantialibus Juris etiam summarij ut præfertur in Decretalibus; *Iudicium enim Summarium dicitur, quod de plano, sine strepitu aut figura pomposa Iudicij procedit,*

S. S.

dit, & præter citationem unam pro  
tribus, & necessarias probationes, re-  
liqua juris solemnia ut litis contes-  
tat, proclamationem trinam interspi-  
tij servatis ad citationem, oblatio-  
nem libelli &c. omittit. Ait Hen-  
ricius Zoësius Commentario in Lib.  
V. diest. tit. de Judicijs. n. 7. &  
Clem. sape de V. S.

Quæres 4. *Ex quibus igitur horum  
Iudicium reddatur invalidum, &  
planè Canonice nullum?*

R. I. *Ex defectu Competentis Iudi-  
cis;* Unde si v.g. Loci superior qui  
Personam tantū gerere debet Patris  
& correctoris mediocrium culparū  
excedens potestatem suam, insti-  
tueret Iudicium usq; ad realem con-  
demnationem & vinculationem rei  
exceptis delictis jam per Canones  
Pænales decisis, quorum legitimus  
est executor, licet constaret de  
Cor-

S\* S\*

Corpo delicti, judicium esset invalidum. Ita Sacri Can., & Canonistæ uti Sanctorius Prædictæ Criminalis §. 7. Cardinalis de Lugo in Glossa Canonum l. 3. Vanden Method: Correc. Regul. C. I. §. 1. pag. 9. Addens: Quod superiores Locales tanquam Provincialium delegati, tunc tantum possint ac debeant Judicare, examinare, ad custodiam, rapere, cum Rei, infames sunt communiter profugi, & non solum ex Vaticinio putando fore tales. Alias incidit Rector in excommunic. violentas in Clericum iniiciendo manus juxta Canonem: Si quia &c. Prælatorum namq; Localium Authoritas & Iurisdictione in Paternis tantum correctionibus gradum sifit; ut inquit Vanden citatus supra.

2. Ex defecū Personarum legitimè Iudicium Constituentium; ut si sint infames; maledici; ansatores &c. Contra honestos nullius aut vix ulius fidei.

• 3 \* 50 •

3. *Ex defecitu & omissione alicuius Actus Iudicialis qui est de substantia; ut in Criminalibus evidens & plena testium convictio, nam in his non valet semiplena probatio, cum sint circa ablationem vitae Physicæ vel moralis. Similiter si non præcessit citatio rei saltim sine Solennitatibus Summariæ, Videlicet scripto si absens à loco sit, vel verbô si sit in loco.* Nam realem ejus præsentiam & sui defensionem plenam requirit lex, uti videre est in Decretalibus Gratiani p. 2. C. 3. 4. 9. Canon: *Absens &c. ubi expressè dicatur: Absens nemo judicetur, quia divinæ & humanæ leges id prohibent; nisi fuerit absens ex contumacia, tunc enim contumacia eum facit judicio præsentem.* Ita ibid. Et sic de alijs. His præmissis sequitur Liber 2. Decretalium de Processu sive Iudicio ipso Summario; Proinde sit.

*Ex Lib 2. Decretalium &c.  
Epitome Processus Criminalis. &c.*

EX LIBRO II.  
**DECRETALIUM**  
**EPITOME**

**Processus Criminalis**  
**Summarij Regularibus**  
**usitati.**

**P**lenam Processus Judiciarij doctrinam, quæ haurienda est ex libr. II. & V. Decretal. non intendo hic tradere, sed compendiō utar, & ea, quæ frequentius occurrunt in judicijs Regularium, summariā methodō complectar. Sit itaq; :

**§. I.**

**De Natura, & Usu Judicij**  
**Summarij.**

**Q** I. *quid sit Judicium Summarium?*  
**R** Esse illud, in quo proceditur absque solēnitatib⁹ Juris, solâ rei veritate atten-

**A**

**tā.**

(2)

tâ. Et per hoc differt à judicio plenario, seu ordinario, in quo ad unguem observari debent omnes solēnitates ordinis judiciarij. Hinc procedere Summariè, idem est, ac procedere absque strepitu, & figurâ judicij, simpliciter, ac de plano, sive subtilitatibus, & apicibus Juris, modò serventur ea, quæ ad veritatem, & justitiā judicij desiderantur.

Q. II. qui actus sint de substantiâ Judicij Summarij? R. 1. de Jure naturali sunt seqq. 1. querela per accusationem, denuntiationem, aut inquisitionem proposita. 2. Citatio Rei, nè is inauditus condemnetur. 3. Probatio causæ, aut delicti, quæ incumbit querelanti, quisquis ille sit. 4. Necessaria defensio ex parte Rei. 5. Prolatio sententiae ex parte Judicis. 6. admissio Iustæ appellationis quo ad substantiam, cùm Jus naturale contra iniquam sententiam concedat defensionem. R. 2. Præter hactenus enumerata, insuper de Jure Pontificio ad Judicium Summarium requiritur: 1. jura-

men-

• 8 ) ( 3 ) ( 8 •

mentum de calumnia, vel malitia, si-  
ve de veritatem dicenda, ne veritas oc-  
cultetur. 2. ut petitio Actoris, seu  
querela accusantis scripto, aut verbô  
proposita, continuo Actis inseratur. 3.  
ut Judex sententiam non de memoriâ,  
sed in scriptis, seu ex breviculo profe-  
rat. *Positiones* autem, & *articuli* per-  
mittuntur pro arbitrio litigantium, qui-  
bus faciendis, si petantur, Judex ter-  
minum sufficientem præfiget, quam-  
vis in judicio criminali raro adhibeant-  
tur. Ita haec omnia habentur in cele-  
bri *Clem.* 2. *Sæpe contingit.* ubi Cle-  
mens V. authenticè explicat, quid in ju-  
dicio Summario servandum sit. Unde  
Clementina ista servanda est in foro Ca-  
nonico, etiā apud Regulares, immo locus est  
ei in foro sacerdotali, cum in Jure Civili  
non sit prodita specialis forma pro judi-  
cio Sūmario, per arg. c. i. de N. O. N.

Q. III. quæ solennitates in judicio  
Summario omitti possint? R. seqq. 1.  
*libellus*, siquidem causa, vel delictum  
verbo, seu oretenus proponi potest. 2.

(4)

*litis contestatio* per affirmationem Actoris, & negationem Rei fieri solita.  
3. Feriae ob necessitates hominum inductæ, uti sunt Feriae rusticæ tempore messis, & vindemiæ, At in ferijs Iacris, cum haec non excipientur in cit. Clem. nisi causa necessitatis, & pietatis aliud suadeat, nec judicia Summaria exercenda sunt, idque ob sanctificationem diei festi. c. fin. de ferijs. 4. Dilatationes prolixæ, exceptiones, & appellations dilatoriæ, ac frustratoriæ, iuria Advocatorum, & Procuratorum, testimoni superflua multitudo, cum duo sufficiant. cit. Clem. 2. de V. S. Si tamen solennitates istæ sive in parte, sive in toto adhibeantur, partibus non contradicentibus, processus non est irritus, immo nec irritandus. ibid. quia utile per inutile non vitiatur, & abundans cautela, aut solennitas non nocet.

Q. IV. quando institui possit processus Summarius? R. I. in causis levibus, & modicis, in quibus plerumque sufficit plana cognitio, & semiplena probatio,

batio, cùm non agatur de magno præjudicio partium. 2. in causis gravibus. quæ celerem expeditionem exposcunt, uti sunt causæ Electionum, & aliarum provisionum, decimarum, usurarum, Matrimoniorum, mercedum, alimentorum, spolij, depositi, causæ forensium, seu peregrinorum, pauperum, pupillorum, viduarum, & aliarum miserabilium personarum, denique causæ etiam graves Regularium. In his tamen causis gravibus, licet de plano procedatur, semper tamen plenæ probationes requiruntur.

Q. V. an regulares habeant privilegium Summarie procedendi, non tantum in causis Civilibus, sed etiam Criminalibus suorum Religiosorum? R. affirmativè. Ità enim de Jure cōmuni conceditur c. 8. de Stat. Monach. ibi: amoveatur absque strepitu à regmine Abbatiæ. &c. 24. in fine de Accus. ibi: hunc tamen ordinem &c. & c. 26. eod. ibi: in negotio de plano & absque judiciorum strepitu procedentes,

750

**dentes.** Quod privilegium roboretur  
est specialib⁹ Bullis Pontificijs: Sic enim  
Bonifac. VIII. quæ Cōst. 4. incip. *Ad au-*  
*gmentum. 6. Idus Maii. 1295. conces-*  
*sit PP. Prædicatoribus, ut cōtra suos pro-*  
*cedere possint summariè, & sinè apicibus Juris.* Plura similia privilegia re-  
cenet Lezana in Mari mogno Min-  
morum à n. 109. quæ etiam alijs Re-  
gularibus communicantur. Hic tamen  
te monitum cupio, quod Scriptores  
Regular. de formandis Religiosorū pro-  
cessibus scribentes, multa intermisceat,  
quæ nonnisi ad processum plenarium  
sunt necessaria, adeoque si quid ex non  
necessarijs omittatur, non est judican-  
dus processus nullus.

## §. II.

### De Varia Divisione Delictorum.

**D**elicum in prælenti est: *Factum ex-*  
*ternum & sensibile, dolô, vel culpa*  
*admissum.* Nam facta purè interna non  
subduntur judicio humano, quia cogi-  
tationis pœnam nemo patitur. can. 14.

de-

20

de pænit. d. I. Hoc sensu Delictum  
dividitur:

I. in *Verum*, quod ex vero dolo, seu  
scienter fit. & *quasi-delictum*, quod  
ex præsumpta culpa fieri dicitur, ut  
delictum de effuso, ejecto, & alia enu-  
merata *tit.* *Inst. de oblig. ex quaside-  
lictio.*

II. in *Publicum*, & *privatum*. *Pu-  
blicum* est, quod ex aliqua lege publi-  
corum judiciorum descendit *l. i. ff. de  
publ. judic.* ut crimen læzæ Majest. ex  
*L. Julia Maj.* adulterium ex *L. Julia de  
adulst.* & alia, quæ numerantur in Pan-  
dect. *l. 48. tit. 4. & seqq.* *Priva-  
tum* est, quod lædit privatam personam,  
cui propterea conceditur agere ad inte-  
resse, ut furtum, rapina, injuria, da-  
mnum injuriâ datum. *pr. Inde oblig.  
ex delict.* Sed hæc divisio de Jure Ro-  
mano introducta amplius non attendi-  
tur, cum hodie, teste Claro & aliis, de  
generali consuetudine omnia delicta fa-  
cta sint publica, quia in omnibus Ju-  
dex procedere potest ex officio, & qui-  
libet

8) (8) 8

libet idoneus admittitur ad accusationē,  
& denuntiationem judicialem. Succe-  
sit autem huic divisioni in alio sensu di-  
visio in *Delictum publicum* quod nocet  
communitati, aut tertio, & in *privat-  
um* seu *merē personale*, quod nocet  
soli personæ delinquentis, ut ebrietas,  
superbia, simplex fornicatio, &c.

III. in *Ordinarium*, quod certum  
nomen, & pœnam à lege taxatam ha-  
bet, & *extraordinarium*, quod nec cer-  
tum nomen, nec certam pœnam in Ju-  
re babet, sed punitur arbitrio Judicis,  
& ideo vocatur *innominatum*, seu *stel-  
lionatus* l. 3. §. 1. 2. ff. *Stellionat.* ibi:  
*ubicunque titulus criminis deficit, illic  
stellionatus objiciatur*, ut si quis ven-  
dat aquam coloratam pro vino, vitrum  
pro gemma &c.

IV. in *Exceptum*, & *Non-exceptum*.  
*Exceptum* est, quod communem regu-  
lam non sequitur, sed admittit accula-  
tores, & testes alias de Jure inhabiles,  
& contra illud Judex speciali inquisiti-  
one procedere potest, licet infamia per-  
sonæ

(9)(6)

sonæ non præcedat. Talia delicta ex-  
cepta sunt : Hæresis, Simonia, blasphem-  
ia, grave Sacrilegiū, crimen læsæ Ma-  
jestatis humanæ, præserti perduellio, sedi-  
tio, proditio patriæ, dilapidatio bonorū  
Ecclesiæ , aut Collegij , crimen frau-  
datæ annonæ, latrociniij, falsæ monetæ,  
privatorum carcerum, hodie etiam cri-  
men furti, adulterij, Stupri, Sodomiax,  
assassinij &c. *Non-exceptum*, seu *regu-*  
*lare* est , in quo proceditur regulariter  
secundùm Jus ordinarium, servatâ for-  
mâ accusationis , denunciationis, & in-  
quisitionis.

V. in *Notorium*, *Manifestum*, &  
*Occultum*. *Notorium* est, quod ita pa-  
tet, ut nulla tergivertatione celari pos-  
sit, & quidem si pateat in judicio, quia  
Reus de illo convictus , vel confessus  
est, dicitur *notorium de fure*, seu *fu-*  
*rīs*, si verò patratum est in præsentia  
multorum , dicitur *notorium de facto*,  
seu *notoritate facti*. Quot autem ho-  
minum præsentia requiratur ad hoc ,  
ut delictum dicatur *notorium notorie-*  
tate

¶ 10 ¶

tate facti? Jure definitum non est, adeo-  
que id relinquitur arbitrio Judicis. Ex  
communi sententia decem personæ suf-  
ficiunt in magna Communitate, ut Ci-  
vitate, in minori autem Communitate  
sufficient sex, vel quinque, coram qui-  
bus præsentibus delictum patratur. *Ma-*  
*nifestum* quod sàpè confunditur cum  
notorio, propriè est illud, quod per fa-  
mam manifestatur, seu divulgatur inter  
plures, & ideò vocatur *diffamatum*. *Oc-*  
*cultum* est, quod committitur clàm, ut  
publicè non innotescat. Et hoc vel est  
*occultù absolvè*, seu *improbabile*, quod  
vel à nullo alio scitur, vel ab uno tan-  
tùm præter delipientem, ità ut in fo-  
ro externo probari nequeat; vel est *oc-*  
*cultum de se probabile*, quod scitur à  
tribus, vel pluribus, vel saltèm à duo-  
bus, ut in foro externo probari possit  
plenè, aut semiplenè. Cæteræ divisio-  
nes Delictorum facilè ex vocibus inno-  
tescunt.

§. III.

• 6 ) ( 1 ) ( 5 ) •

### §. III.

## De Modis procedendi contra Criminosos.

**T**Res modi, quibus Judex procedere possit, suppeditantur à Jure : 1. *Per viā accusationinis*, seu ad instantiam *Accusatoris*, dum quis publicæ vindictæ causâ defert crimen Rei in judicium cum solenni inscriptione ad pœnam talionis, & obligatione ad producendas Probationes. Sed modus iste jam ferè recessit ab usu Tribunalium, præsertim apud Regular. eique successit *simplex querela*, quâ quis suam suorumque injuriam prosequitur. Querela ista in judicio Summario, imò etiam in plenario non habet hodie speciales solennitates diversas à denunciatione judiciali. Cùm ergo modus iste non sit in usu, nihil de illo dicendum, 2. *Per viam denunciationis judicialis*, dum quis Praelato ut Judici defert delictum, non tamen, more accusatoris se inscribit, neque

(12) (50)

que obligat ad producendas probatio-  
nes, sed Judici relinquit, an ipse in de-  
lictum, & in personam delicti ream in-  
quirere velit. Obligatur nihilominus  
Denunciator manifestare Judici, unde  
probationes desumere possit. 3. Per  
*viam Inquisitionis Generalis & specialis*,  
dū Prælatus procedit ex officio suo, & de  
Juris necessitate, eò quòd ipsa lex, & of-  
ficiū sustineat vices accusatoris.

### Modus procedendi per Denunciationem.

Q. I. *quid & quotuplex sit Denunciati-*  
*o?* R. ad 1. Denunciatio, est legitima dela-  
tio criminis, & criminosi apud Supe-  
riorem ut Patrem, vel Judicem. Di-  
citur legitima, quia fieri debet ritè se-  
cundùm leges Divinas, & humanas.  
R. ad 2. est triplex: 1. *Euangelica* à  
Christo Domino in Euangeliō tradita  
*Matth.* 18. v. 15. per quam delinquens  
frater denunciatur Superiori ut Patri, nō  
ad vindictam publicam, sed ad propri-  
am

am emendationem, & resipiscentiam.  
Aliter vocatur *correctio charitativa*,  
*fraterna aut paterna*, de qua nervosè  
agit S. D. 2. 2. q. 33. per 8. artic. & alij  
TT. 2. *Judicialis specificè*, quæ est  
delatio criminis, & cirminosi apud Su-  
periorem ut Judicem, vel *publica* ad  
vindictam publicam, vel *privata* ad pro-  
prium interesse, & damni reparacionē,  
cum sola obligatione aperiendi indicia,  
quibus Judex ex officio moveatur ad  
inquirendū. Aliter vocatur *Civilis*, nō  
quòd corā Judice Ecclesiastico proponi  
nequeat, cùm frequētissimè apud eū pro-  
ponatur, sed quòd originē tuā ducat ex Ju-  
re Civili. 3. *Canonica* à SS. Canonib⁹ in-  
troductiona, quæ est delatio criminis apud  
Superiorem Ecclesiasticū ut per illū im-  
pediatur. Est duplex: *Generalis*, quæ ten-  
dit ad quocunque delictū, vel incōmo-  
dum impediendum, quomodo denun-  
ciari solēt impedimenta Matrimonij c. fin.  
de cland. despon. electionum, ordina-  
tionum &c. Et in hac nulla prævia  
monitio requiritur. *specialis* quæ ad  
hoc

(14)

hoc ut Superior, qui malè præst corrigatur, vel si post binam, aut trinam ad monitionem sit incorrigibilis, à Prælatura, & officio amoveatur. *can. 46.*  
& *seqq. 2. q. 7. c. 31. de Simon. &c. Generalis* pèmittitur omnibus, *Specialis* verò ijs duntaxat, quorum interest bonum Superiorem habere, & ad hanc requiritur prævia monitio.

Q. II. *An ordo correctionis fraternalis* sit ex præcepto? *Glossa in can. 19. si quis peccaverit.* 2. q. 1. dicit tantùm esse de consilio, sed contrà *R. affirmativè.* Ità S. D. 2.2. q. 33. a. 7. & communis TT. ac Canonistarum. Et quidem 1. est de præcepto Divino à Christo tradito *Matth. 18. v. 15. si peccaverit in te frater tuus &c.* ut explicant Pontifices *c. 13. de Hæret. c. 31. de Simon.* ubi præceptū correctionis fraternalis vocatur *Mandatum Divinum, & Regula Euangeliæ.* 2. est de præcepto naturali, quia lex charitatis dicit, ut proximum ad emendationem reducamus, sicut nos ipsi reduci vellemus, eō quô potest mino-

(15)

minori damno, & ləfione famæ, quod  
fanè fit, si obſervetur ordo correctio-  
nis à Christo præscriptus, ſcil. ut cor-  
rigamus fratrem primùm inter me, &  
te, ſemel aut pluries, deinde coram du-  
obus, vel tribus testibus, & tandem ſi  
nos audire noluerit, dicamus Eccleſiæ  
ſeu Prælato. Cùm verò præceptum  
hoc respiciat favorem privatum proxi-  
mi, valdè probabile eſt renunciari poſſe  
ordini correctionis fraternæ ubi iſ non  
ſuſcipit, & delictum occultum Fratris  
immediate denunciari potest Superi-  
ori, non quidem ut Judici, ſed ut Pa-  
tri, prout notant Suar. Sanch. Palao  
&c. diſ ſimile autem ſtatutum vix in  
aliqua Religione reperitur, adeòque locus  
erit præcepto Christi de Correctione fra-  
terna potius obſervandi.

Q. III. quæ peccata cadat sub præceptū  
Correctiōnis fraternæ? Certum eſt nō  
cadere peccata notoria, uti nec pecca-  
ta occulta noxia bono communi, vel  
bono tertij, præterim ſi pendeant in fu-  
turum, cùm hæc regulariter ſubdantur  
de-

(16) (S)

denuntiationi judiciali ut infrà dicetur. Superest quæstio, quæ peccata occulta merè personalia, h.e. quæ nulli nocent, nisi soli personæ delinquentis, cadant sub hoc præceptum? Bordonus Prax. Crim. c. 3. Sec. 4. a. n. 10. docet sub hoc præceptum cadere sola peccata occulta, quæ tantùm ab uno præter delinquentem, sciuntur, si verò sciantur à tribus vel etiam duobus, illa denuncianda esse, & corrigenda judicialiter, non verò fraternè, aut paternè. Sed contrà.

R. Sub præceptum Correctionis fraternæ cadunt peccata occulta merè personalia, non tantùm quæ ab uno, sed etiam quæ à pluribus sciuntur, & de se sunt probabilia in foro externo. Ità S. D. l. c. Est & communissima DD. sententia, à qua in praxi non est recedendum propter singularem unius, & alterius Doctoris opinionem. Prob. ex verbis Christi: Nam tale delictum cadit sub præceptum Correctionis fraternæ, quod, non secuta emendatione, dici possit Ecclesiæ, Ieu Prælato ut Judici: hoc enim signi-

(17)

significant illa verba : *Dic Ecclesiæ, & si Ecclesiam non audierit, sic tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.* alioquin quomodo talis esset, nisi contemneret Ecclesiam, seu Prælatum ut judicantem ? sed si sola peccata occulta ab uno tantum scita caderent sub hoc præceptum, nunquam possent dici Ecclesiæ, seu Prælato ut judici, cum in foro externo probari nequeant, ut docet ipse Bordon. Ergo. Unde concludit S.D. cit. art. 7. in casu nostræ quæstionis: *Essē de necessitate præcepti, quod secreta admonitio publicam denunciationē præcedat.* Præterea doctrina opposita passim rejicitur à Doctoribus, & meritò : Tum quia præceptum Christi perperam interpretatur; Tum quia jugum Christi de se suave, & leve, reddit nimis alperū & grave, continuisque judicijs subjectum; Tum quia ferè tollit paternam charitatem, quam Christus, SS. Canones, Decreta Pontificia, SS. Patrum Exempla tantoperè inculcant Prælatis, & Pastoribus. Quare pro praxi ad securitatem conscientiæ

B

id

(18)

id agendum erit, ut peccatum occultum,  
si correctio fraterna non prodeat, tandem  
deferatur Prælato, & quidem ut Patri,  
si delictum probari nequit, ut Judici ver-  
rò, si delictum est probabile in foro ex-  
terno, nisi & in hoc casu magis prodeat  
Correctio paterna.

*Dices: Christus ait : si peccaverit in te h.e. coram te solo ut explicat S. Aug. Serm. 16. de verb. Dom. Nam si solus nosti, quia peccavit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es corruptor, sed proditor. R. Peccare in te, juxta S. Aug. ibid & alios SS. PP. & DD. non est aliud, quam peccatum occultum, seu secretum committere, potest autem esse occultum, et si ieiatur a duobus, vel tribus, alias Christus non praeciperet correctionem coram duobus, vel tribus testibus. Nec obstant verba S. Aug. nam verum est : si solus nosti, non potes fratrem arguere coram omnibus, sed falso est a sensu contrario : ergo cum arguere potes coram omnibus, si cum uno vel altero secretum nosti.*

Q.

um,  
ndē  
atri,  
ve-  
ex-  
uel-  
it in  
Aug.  
plus  
vis  
rr -  
jux-  
DD.  
cul-  
test  
du-  
præ-  
us,  
erba  
fti,  
nni-  
io :  
bs,  
fti.  
Q.

Q. IV. *An occulta delicta Superiorum cadant sub hoc præceptum, ita ut inferior teneatur fraternè corrigere Superiorem?* R. Affirmativè; Nam Christus Dominus nullum excipit, & quamvis res dura sit, tamē facienda, quia præcepta est à Domino. Neque Superior iniquo animo feret correctionem, cùm sciat aut scire debeat, eam fieri oportere. Magnâ tamen hic prudentiâ opus est, ut inferior non more & formâ corridentis, sed potius humilitate obsecrantis secretô admoneat, & roget Prælatum, ut à peccando desistat. Nec ab hac obligatione liberabit te subditus si delictum sui Superioris revelare voluerit Majori Superiori ut Patri, quia regulariter hoc nō licet contra præceptū Christi, præsertim cùm Prælati inferiores ægro animo ferant delicta sua occulta Majori Prælato revelari. Liberaberis autem ab obligatione hujus præcepti, si alias gravior, & ad correndum magis idoneus sciat idem delictū, vel si rationabiliter prævides secretam

(20)(50)

correctionem Pælati, sicut & alterius fratri,  
tibi fore damnofam, vel peccanti  
non profuturam, cùm ad nociva, & inu-  
tilia obligatio non detur juxta illud S.  
Aug. relati in can. 4. de pænit. d. ibi:  
*Si scirem non tibi prodeſſe, non te ad-  
monerem.*

Q. V. *An delicta occulta merè perso-  
nalitæ, quæ ſoli delinquenti nocent, re-  
velari poſſint Prælato ut Patri, ut is  
paternâ charitate correctionem fratris  
faciat?* In hac ſanè diſſicili & intricate  
quaſtione pro affirmativa ſtant Do-  
ctores graves, non minùs piij quam  
docti, ut Suar. Sanch. Palao, Richard.  
Turrian. Pellizar & alij, qui tamen li-  
mitant ſententiam ſuam pro certis cir-  
cumſtantijſ, puta ſi Superior eſt Vir pru-  
dens, discretus, pius, fratri corrigendo  
benè affectus, silentij, & ſecreti tenax,  
ut non ſit periculum revelationis; item  
ſi delictum non ſit emendatum, ſed re-  
cidiva timeatur, denique ſi denuncians  
moraliter certus ſit, quòd Superior ad  
correctionem procedet ut Pater. Qui-  
bus

(21) (50)

bus omnibus concurrentibus, docent Authores isti licitum esse occultum fratris delictum revelare immediatè Superiori ut Patri, ut is paternè fratrem corrigat. Et qvamvis Fagund<sup>9</sup> Lorca, & quidam alij dicant sententiam istam esse improbabilem, hæc tamen censura nimia est respectu sententiæ hujus ita limitatæ, mihi autem cum alijs Patronis oppositæ sententiæ videtur doctrina ista probabilis. Nam fundamentum habet in S. D. 2. 2. q. 33. a. 8. ad 4. responde: *Dicendum, quod Augustinus intelligit, quod prius dicatur Prælato, quam testibus, secundum quod Prælatus est quædam singularis persona, quæ magis potest prodesse, quam alij; Non autem quod dicatur ei, tanquam Ecclesiæ, id est, sicut in loco Judicis residenti.* Et quodlib. II. a. 13. hæc habet: *Si ego scio, quod frater per me corrigitur, tunc non debeo denunciare Prælato. Si autem videtur, quod hoc melius fiat per Prælatum, & Prælatus sic pius, discretus, & spiritualis, non bens*

22) (56)

bens rancorem, sive odium adversus illum subditum, tunc licet potest ipsi denunciari, & tunc non dicit Ecclesiae: quia non dicit ei, sicuti Prelato, sed sicuti personae proficiendi ad correctionem, & emendationem proximi. Ratio etiam est, quia per Superiorem ut Patrem melius consulitur fratri delinquenti: tum quia Superior propter authoritatem quam pollet, efficacior est in corrigendo: tum quia Superior removere potest occasiones, in quibus subditus solet delinquere, atque ita illum a recidiva præservare. Hæc tamen sententia in sua generalitate spectata adhuc mihi dura videtur, & ideo ad propositam questionem.

R. Negativè attēto cursu ordinario, & regulari. Ita Silv. Soto, Tanner, Bannez, Nav. Valent. Laym. cum cit. Ant. à Spir. S. & plures alij ab his citati, quibus addendus est S. D. cit. quodlib. II.  
a. 13. ubi instar regulæ generalis pronunciat: *Si ego scio, quod frater per me corrigetur, tunc non debeo denunciare*

181236

ciare Prælato. Quæ regula negativa cō-  
tradicit affirmativæ ab Adversarijs tra-  
ditæ. Ratio est, quia Christus Domi-  
nus optimè scivit, quomodo frater sit  
corrigendus, neque tamen dixit : *si pec-  
caverit in te frater tuus, dic Prælato,*  
*ut Patri:* sed alium præscripsit ordi-  
nem, scil. *corripe eum inter te,* & i-  
pīū, sol<sup>o</sup>; Ergo ordo iste non est inverten-  
dus, aliàs aperiretur lata porta infama-  
tionibus, dum quisque, ut liberet se  
ab obligatione corrigendi fratrem, sinè  
ulla necessitate, & sèpius ex falsis ima-  
ginationibus curreret ad Superiorem,  
eique revelaret occulta delicta fratrum,  
quasi ipse denuncians non esset suffici-  
ens ad illa corrigenda. Tum quia mul-  
ti ægro animo ferunt delicta sua à Su-  
perioribus sciri, faciliùs autem perfe-  
runt, si delicta coram ab uno, vel tribus  
privatis corriganter; quæ correctio spe-  
randa est utilis, nè dicamus Christum  
media inutilia ad corrigendum præscri-  
psisse: nam ut argumentatur S. D. 2. 2.  
q. 33. a. 7. præ timore infamiae incurren-

(24) (56)

dæ multi à peccato retrahuntur, alioquin dum se infamatos apud Superiorum conspiciunt, consentientes fragilitati humanæ deinde irrefrānatè peccat, cogitando se apud Superiorem notam delicti indelebilem, & inemendabilem incurrisse. Jam in ordine ad praxim utus sententiæ nostræ servit pro sequentibus casibus : 1. qui potest tam bene, vel melius, quam Superior fratrem corrigere, tenetur per se corrigere, nec sine violatione præcepti Christi, & peccato injustitiæ revelare potest peccatum Superiori, ut Patri. Ita communis, & vera sententia. Nam talis revelatio non tenderet nisi ad diffamationem. 2. In rationabili dubio, an quis sufficiens sit ad corrigendum, vel an correctio fraterna sit profutura, tentanda est correctio antequam delictum reveletur Superiori ut Patri, quia obligatio præcepti est in certa possessione, quæ non tollitur per hoc dubium; præsertim si quis ex falsis imaginationibus talia dubia sibi fingat. 3.

Si

Si delictum jam est emendatum, occa-  
sio sublata, periculum relabendi amotū,  
non est facienda denunciatio Superiori,  
cūm finis illius cesset, scilicet emendatio  
fratris. 4. Si Superior paternis qualita-  
tibus non sit instructus, ut quia indiscre-  
tus est, subdito non benè affectus, lo-  
quax, & secretorum revelator, publica,  
& occulta promiscuè judicialibus pro-  
cessibus, & punitionibus dirimens, huic  
non est facienda paterna denunciatio,  
ut unanimiter concedunt utriusque senten-  
tiaz Canonistaz nam, talis denunciatio  
iniquè ordinaretur ad in famiam Fratris.

E contrà usus oppositaz sententiaz lo-  
cum habet in seqq. casibus : 1. Si quis  
moraliter certus est, quod se solo, vel  
cum duobus testibus non possit efficac-  
iter corrigere fratrem, ejusque pecca-  
tum impedire, potest, imò regulariter  
enetur denunciare Superiori ut Patri-  
tà communis. Nam modica illa famaz  
liminutio coram Superiore facta, ce-  
dere debet majori bono spirituali, seu  
emendationi delinquentis. Et in hoc

Iensiv

(26) / 6

senſu procedit textus S. D. ſuprā relatus  
ex quolib. II. art. 13. ibi: *Si autem vide-  
tur, quod hoc melius fiat per Præla-  
tum &c.* nam ly *melius* non accipitur  
comparativè, ſed adverſative, dum per  
alium correctio cum effectu haberi ne-  
quit. 2. Si delicta occulta pendeant in  
futurum, ità ut probabile fit periculum  
de illis publicè propalandis in opprobri-  
um & dedecus Religionis, ſicut propa-  
lari tolent delicta carnis, & alia, denun-  
ciari poſſunt Superiori ut Patri, quia bo-  
num commune præferendum eſt priva-  
to, aliunde privatus nō tā facile amovebit  
occasions & pericula relabendi, ſicut ea  
avertere potheſt Prælatus. 3. Delicta levia,  
& imperfectiones, ſeu culpx, utvocant,  
Subditorū, ex generali conſuetudine de-  
nunciari tolent Prælato, cùm talis de-  
nunciatio fit quaſi neceſſaria ad bonum  
regimen & conſervationem Statūs Re-  
ligiosi, neque per illam notabilis infa-  
matio incurritur, ſed quædam privata  
confuſio, & leviſ mortificatio S. D. 2.2.  
g. 33. or. 7. ad 4. ubi admittit fieri po-  
te

fe proclamationes culparum in Capitulis absque præviâ secretâ admonitione. 4. Si in quibusdam Religionibus peculiare statutum viget, ut delicta occulta revelentur Superiori ut Patri, tunc enim ei, si pius, & discretus est, revelari possunt, ita tamen, ut testibus non revelentur, cum sufficiat Superiori esse revelata: Hoc sensu procedit regula, & authoritas S. Augustini relati à S. D. l. c. a. 8. ad 4. Simile statutum posset videri etiam in Religione nostra impositum esse, cum Constitutio dicat part. I. c. II. *[Si quis gravem alicujus tentationem noverit, Superiorum secretò moneat, ut conveniens remedium paternâ charitate adhibere possit.* Sed quia in his verbis non determinatur modus denunciationis faciendæ, ideo non apparet sufficiens fundamentum simile quid asserendi, maximè cum pij & docti Viri Religionis nostræ verba ista intellexerint de admonendo Superiore, iurato ordine, & præcepto Correctio-  
nis fraternali. Denique cum juxta S.D.

- uod.

(28)

quodlib. II. a. 13. propter diversas con-  
ditiones Prælatorum, & subditorum,  
viriæque circumstantias, in hac mate-  
ria intricatissima, non possit dari gene-  
rale judicium, seu regula, nisi quod  
in omnibus semper servanda est chari-  
tas, Et quod magis expedire videtur,  
ideò quisque zelans bonum fratris, cha-  
ritatem præ oculis haheat, & si perpen-  
sis omnibus perpendendis, judicaverit  
necessarium esse, & magis expediens,  
ut denunciatio fiat Prælato tanquam Pa-  
tri, non peccabit denunciando, cùm  
prudenter processerit. Cætera de Cor-  
rectione fraterna, quæ huc ad nostrum  
propositum non pertinent, præ alijs vi-  
deri possunt in Layman. libr. 3. tr. 3.  
p. 2. c. 4.

Q. VI. quid agendum Prælato, Cui  
ut Patri delictum fratris revelatum  
est? R. I. si delictum sit omnino oc-  
cultum, neque alteri, quam denuncia-  
tori notum, Prælatus fratrem denun-  
ciatum non potest absolutè reprehende-  
re de delicto, cùm de illo per testes con-  
vinci

vinci nequeat, sed tantum conditionate, ut, si delictum commisit, cautiùs imposterum vivat, & occasiones relabendi fugiat. Multò minùs in tali casu poterit eum juridicè, aut sub præcepto obedientiæ interrogare de delicto commisso, vel Consultores suos, coram quibus eum corripiat, advocare, vel alicui alteri, etiam majori Superiori, aut Visitatori delictum revelare, cùm hoc non esset aliud, quàm fratrem cōtra præceptum justitiæ diffamare. Fama sanè res subtilis est, facilè lœditur, sed difficulter reparatur. 2. Si subditus spontè delictum suum fateatur, petendo veniam, & emendationem promittendo, Prælatus paternè eum corripiat, media oportuna, & pœnitentiam salutarem privatam ei imponat, attamen finè præsentia testium, & Consultorium. Nam obtento correctionis effectu, advocatio testium est superflua, & contra charitatem. Laym. Ant. à Spir. S. &c. 3. Si subditus neget delictum, quod facilè per testes probari posset,

(30) (50)

posset, Prælatus advocatô unô, & alterô Religioso gravi, nisi aliud expedire judicaret, severius denunciatum reprehendat, poenam congruam, attamen privatam imponat, salutaria remedia v. g. nè locum suspectum a-deat, has & illas conversationes fugiat, & alia pro qualitate delicti emendandi. In his tamen casibus regulariter non potest subditum à suo officio removere, si id fieri nequeat citrâ periculum diffamationis, consueto autem mutationū, & ordinationum tempore, nihil prohibet talem subditum de una domo mutare in aliam, & in alio officio eum constituere, cùm ista passim fiant absque ulla infamiae nota.

Q. VII. *quaे delicta denunciari possint Prælato ut Judici?* R. Cùm juxta textum S. D. suprà citatum, in hac materia denunciationum certa generalis regula statui non possit, reuinquitur prudenter, & conscientiae tam denunciantis, quām Prælati, an ille denunciationem judicialem facere, & iste eam ut talem

(31) (60)

talem acceptare debit. Casus autem  
judicialiter denunciabiles sunt seqq. I.  
Delicta notoria notorietate facti, quæ  
nullâ præmissâ correctione fraternâ, im-  
mediatè denunciari possunt, & debent  
Prælato ut judici. Ita communis ex  
Apostolo I. Timoth. 5. Peccantes cor-  
ram omnibus argue, ut & cæteri ti-  
morem haheant. & can. 19. si peccave-  
rit. 2. q. I. Corripienda sunt coram o-  
mnibus, quæ peccantur coram omnibus.  
Nam per talia delicta lœditur Commu-  
nitas, ejusque honor minuitur, ergo  
Communitati lœfæ satisfiat, eique honor  
restituatur, & nè alij exinde scandalizé-  
tur, debet Superior ut Judex publicè  
delictum istud corrigere. Idem dicen-  
dum est de defectibus & culpis, quas  
Religiosi notoriè cōmittunt in suis fun-  
ctionibus, & observantia regulari. Nam  
nè murmura, & scandala sint inter fra-  
tres, quòd culpæ notabiles impunes re-  
linquantur, debet Prælatus ex potesta-  
te Dominica has culpas publicè corri-  
gere, nisi prudentia pro certis circum-

stan-

• 8 ) ( 32 ) ( § 6

stantijs' aliud dicitet, cùm etiam dissimulatio pœnæ s̄æpe proficua sit ad correctionem. 2. Delicta occulta adversantia bono communi, regulariter sīne secreta admonitione immediate denuncianda sunt Superiori, ut Judici, S. D. 2. 2. q. 33. 4. 7. & alij communiter. Tū quia bonum commune præponderat bono privato famæ delinquentis, tum quia talia delicta vix unquam emendari possunt per privatam fraternalm correctionem, maximè si delicta sint atrocias, ex quibus tristes timentur effectus, ut conjuratio, sedito, proditio patriæ, machinatio contra Prælatos, sulurratio, turbatio pacis communis &c. Imò talia delicta atrocias, si pendeant in futurum, et si probari non possint, denuncianda sunt Superiori ut Judici, ut contra illa, & personas suspectas instituat inquisitionem generalem, aut specialem, atque ita præcaveat damna imminentia, quæ indè timentur lecatura. 3, Delicta occulta adversantia bono tertij possunt judicialiter denunciari absque prævia fraterna

33

terna admonitione. Ita communis. Nā  
potior est habenda ratio tertij innocentis, quām famæ delinquentis, præsertim  
si delicta sint gravia, & pendentia in fu-  
turum, ut homicidium, assassinium, fur-  
tum grave, adulterium &c. Et quidem  
si delicta sint *Excepta*, quæ suprà §. 2.  
explicata sunt, judicialiter denunciari  
possunt, et si hic & nunc per testes pro-  
bari nequeant, quia locus est inquisiti-  
oni; si verò sint *Non-excepta*, non ali-  
ter substant denunciationi judiciali, ni-  
si probabilia sint per testes. In hoc ta-  
men, uti & in præcedenti puncto exce-  
ptionē facit S. D. cit. a. 7. & alij DD.  
*Nisi forte aliquis firmiter existimaret,*  
*quod statim per secretam admonitio-*  
*nem posset hujusmodi mala impedire;*  
Tunc enim charitas dictat, ut relicta  
denunciatione judiciali tanquam medio  
severiori, eligatur medium lenius, scil.  
correctio fraterna, aut Paterna cùm hoc  
modo consulatur & famæ delinquentis,  
& bono communi, aut tertij. 4. De-  
lictua occulta merē personalia, quæ lo-

(34) (50)

li delinquenti nocent: ut ebrietas, viti-  
um contra paupertatem, omissio reci-  
tationis horarum Can. fractio jejunij per  
comestionem carnium, nocturnus e-  
gressus de Domo &c. et si pertestes pro-  
bari possent, non sunt denuncianda ju-  
dicialiter, nisi servatō ordine charitatis  
fraternæ, scil. ut præcedat secreta admoni-  
tio inter me, & te, si hæc non profi-  
cit, admonitio fiat coram duobus te-  
stibus vel tribus notitiam delicti haben-  
tib⁹, aut si tales non reperiuntur, saltim  
ad observationem delicti adhibeantur;  
tandem si nec ista correctio proficit, fa-  
cienda est denunciatio judicialis Eccle-  
siæ, seu Prælato ut Judici, S. D. *cit. a.*  
7. & 8. cum com. DD. Nam saltim in  
his delictis locus esse debet præcepto  
Christi de correctione fraterna ut su-  
præ dictum. Excipe, nisi adesset pro-  
bable periculum propalandi certa deli-  
cta in dedecus & opprobrium Religio-  
nis, sicut propalari possunt delicta car-  
nis, & alia infamantia, & tunc finè se-  
creta admonitione immediatè denun-  
cianda

(35)

cianda sunt Superiori vel ut Patri, vel  
ut Judici, prout melius videbitur ad pro-  
curandam emendationem, & præcaven-  
da damna aliàs ex delicto secutura. 5.  
Delictum plenè emendatum nullo mo-  
do denunciari potest Prælato, quia hoc  
ipso, quòd frater rationabiliter credatur  
emendatus, cessat finis hujus denunci-  
ationis. At dubio stante circa emendatio-  
nem, delictum adversans bono com-  
munitatis vel tertij denunciandum est,  
quia damnum communitati, vel tertio  
innocenti etiam sub dubio inferendum  
præponderat famæ privati ; Delictum  
verò adversans bono solius delinquentis,  
non est denunciandum, quia non appa-  
ret causa sufficiens, quæ cohonestet ta-  
lem denunciationem.

NB. De hæresi, & alijs delictis per-  
nentibus ad S. Officium Inquisitionis,  
nullus mihi hic sermo, sed ubi hoc Of-  
ficium viget, serventur ejus Edicta cir-  
ca denunciationem.

Q. VIII. *quid agendum Superiori  
cui denunciatio judicialis facta est?*

C2

R.

36

¶. i. Superior, nè contra iustitiam, & officium suum peccet, tenetur audire denunciantem, non tamen statim denunciationem acceptare, sed si consideratâ personâ denunciantis, & denunciati, qualitate delicti, aliisque circumstantijs expediens judicaverit, dabit denuncianti certum temporis spatium ad deliberandum, an in denunciatione persistere velit. Si redux in ea persistat, nisi aliud juxta mox dicēda expediens videatur, Superior acceptabit denunciationem, petendo à denuncinante unde probationes delicti desumendæ sint. 2. Si Delictum notorium denunciatum est, cùm in notorijs nō observetur ordo Juris, cognitâ notorietate facti, & vocato Reo, si quid pro defensione sui habeat? eoque nihil rationabile allegāte, statim procedit ad condemnationem & poenam delicto debitam. 3. Si subditus faciat denunciationem Superiori ut Patri, & delictum sit tale quod adversatur bono communi, vel tertij, neque efficaciter emendari potest per correctionem paternam,

(37)

ternam, Superior non tenetur acceptare hanc denunciationem paternam, sed imposito præcepto, cogere potest subditum, ut relictâ denunciatione fraternâ transeat ad judicialem, cui præcepto (nisi ob grave malum indè sibi immixtus excusat) tenetur parere subditus. Nam licet Superior regulariter teneatur se accommodare intentioni denunciantis, tamen si bonum commune aliud exposcat, jus habet præcipiendi denunciationem judicialem, cum bonum commune vel tertij, præferendum sit bono privatō famæ delinquentis, si aliter quam officio Judicis reparari, aut procurari nequeat. 4. Si subditus faciat denunciationem judicalem delicti occulti per testes probabiles, & delictum istud reparari, & emendari non possit, nisi officio Judicis, tenetur Superior denunciationem ut Judicalem acceptare ob rationes mox datus. At contrà si delictum occultum per paternam correctionem sufficienter emendari, & damna præcaveri possunt, in

(38)

quo magnâ prudentiâ, & circumspecti-  
one opus est, non tenetur acceptare  
denunciationem, ut judicialem. Sic  
enim S. D. a. 7. cit. hanc exceptionem  
ponit, eidemque subscribunt melioris  
notæ DD. Nam denunciatio judicialis  
primariò tendit ad reparandum bonum  
commune, aut tertij, & secundariò ad  
emendationem fratribus, sed uterque iste  
finis cessat in casu dato, quo damnum  
occultum sive tertij, sive etiam commu-  
ne per secretam & paternam correctio-  
nem sufficienter reparari, & frater emen-  
daripotest, ergo in hoc casu non est ad-  
mittenda denunciatio judicialis, sed fle-  
ctenda est in paternam, & subditus te-  
netur acquiescere Superiori hoc modo  
procedenti, alioquin urgens denuncia-  
tionem juridicam peccat saltèm contra  
charitatem, ut bene dicit Laym. L. c.  
An. 13. imò indiscretus iste zelus plerū-  
que oritur ex odio, vel alia prava passi-  
one. Tum quia, si delictum occultū  
est, & sinè necessitate judicialiter puni-  
atur, punitio ista non tā prodest, quām  
obest

(39)

obest cōmunitati: nā delicta evulgantur  
in dedec⁹ Religionis; ī becilliores prout  
est quādoque natura fragilis, ad perpetrā-  
da similia delicta incitāntur, licet ātea de  
his nec cogitaverint; Religiosi honesti,  
prāsertim alicuius existimationis, semel  
judicio criminali subjecti, minūs idonei  
evadunt ad obeunda munera Religionis,  
imò videndo se publicè diffamatos  
irrefrānatē peccant, ut ait S.D. Ad quæ  
& plura similia incommoda evitanda  
Viri Regulares pij & docti quasi genera-  
lem regulam statuunt, ut Prælatus non  
descendat ad iudicium criminale, quo-  
tiescunque delictum occultum suffici-  
enter paternā correctione emendare po-  
test. Hæc tamen doctrina non habet  
locum in delictis notorijs, sed hæc pu-  
blicè redarguenda sunt, ut suprà dictū,  
nè scandalum in communitate oriatur.  
Caterum quæ in hac materia denunci-  
ationum dixi, nihil ex proprio confin-  
xi cerebro, ut peritus Lector benè ad  
vertet, sed perlustratis variorum senten-  
tijs, medium inter laxitatem, & rigorem

viam

18) 40) 60  
viam elegi, inhærendo præcepto Christi, & Angelicæ sententiæ S. Thomæ, aliorumque gravium DD. qui securissimè pro conscientia Prælatorum, & Subditorum scripserunt.

## Modus procedendi per Inquisitionem.

Q. IX. quid sit *Inquisitio Generalis*, & *specialis*? R. ad 1. Inquisitio generalis? Est indagatio delictorum & delinquentium ex mero officio Judicis, nullo accusatore, vel denunciatore per se præcedente. Et quidem si Prælatus v. g. Regularis visitet Religionem, aut Provinciam, indeterminate inquirat, aliqua delicta commissa sint, vocatur *Inquisitio generalis*, secundum alios *generalis*, seu *visitatio Canonica* à SS. Canonibus tantopere commendata, & præcripta can. 28. & seq. 18. q. 2. & c. 7. de statu Monach. ibi: Studeant visitare. Trid. S. 25. c. 20. de Regul. Cujus visitationis formam præscribit Innoc.

IV.

IV. c. i. Romana. de Censib. in 6. finis  
autem ejus est, Religionem à delictis  
& defectibus purgare, & Disciplinam  
Regularem firmare. Si verò corpus de-  
lictii est certum, author verò incertus,  
vel è contrà, quod rariùs accidit, si quis  
certò est delinquens, & nescitur deter-  
minatè, cujus delicti sit reus, Prælatus  
procedit *Inquisitione generali* pressiq ta-  
liquæ ab alijs dicitur *Mixta*, & indagat  
in certum authorem delicti, vel in cer-  
tum delictum personæ. R. ad 2. In-  
quisitio Specialis est, quâ Judex proce-  
dit contra certam personam indagando,  
an delicti certò commissi sit rea ? sive  
id faciat ex mero officio, sive ad que-  
relam, & denunciationem tertij. Ità  
com. ex l. 7. C. de accusat. Quamvis  
autem Inquisitio specialis olim fuerit re-  
medium extraordinarium, hodie tamē,  
cessante accusatione, transivit in judici-  
um ordinarium, ut praxis, & experi-  
entia probat.

Q. X. Quid sit Juris circa Inquisitio-  
nem generalem ? R. i. Prælatus Pro-  
vincialis,

7 - 03) (42) (50)

vincialis, qui æquiparatur Archiepisco-  
po, ex præcepto, c. i. de Cens. in 6. &  
*Trid. S. 25. c. 20. de Regular.* tenetur  
Provinciam sibi subjectam visitare ge-  
neraliter inquirendo, an delicta aliqua  
committantur? ut ab his Provinciam su-  
am purgare possit. In Religione Nostra,  
uti in plerisque alijs, tenetur singulis  
annis per seipsum omnes suæ Provin-  
ciæ Domos visitare, nisi legitimâ causâ  
impediretur part. 3. *Const. c. 4. de Pro-*  
*vinc.* ubi forma hujus Visitationis præ-  
scribitur. 2 Sicut Archiepiscopus per  
*cit. c. i.* visitationem suam inchoare de-  
bet à Dieœcesi sua, ità quoque Provin-  
cialis, insistendo Juri communî visita-  
tionem inchoat à domo propria resi-  
dentiali, quæ debet esse norma cætera-  
rum. Quia verò Constitutio nostra hunc  
ordinem non præscribit, sed præcisè ut  
domus visitentur, videtur relinquere ar-  
bitrio P. Provincialis, an visitationem  
Canonicam inchoare expediat à domo  
sua residentiali, an verò visitationem e-  
jus annuam medio, vel ultima tempo-  
re

(43) (5)

re peragere. 3. Visitator, servatâ Religionis confuetudine, proposito Edicto, vel vivâ voce præcipit, ut subditi manifestent sibi delicta in tali loco cōmisfa, quatenus corrigenda corrigantur, & reformanda reformentur. Hoc præceptum in religione nostra est *simplex* conformiter Juri communi *cit. c. I. §. 1anè. de Censib. in 6.* in quibusdam verò Religionibus est *qualificatum*, puta in virtute S: Obedientiæ, sub juramento &c.  
4. Vi hujus præcepti, obligantur subditi ad manifestanda delicta notoria, & diffamata, seu sufficienter indicata. Nam Prælatus super his habet jus inquirendi, ergo subditus habet obligationem manifestandi, & aperiendi veritatem. At contrà Subditus ad quodcunque præceptum Visitatoris non tenetur, imò salvâ conscientiâ nec potest manifestare delicta occulta, quæ aliâs cadunt sub præceptum correctionis fraternæ, ut supradictum. Nam Visitator super his non interrogat ut Prælatus cum nullum jus habeat interrogandi, ergo nec est ei parendum,

(44)

rendum, sed potius secundūm præceptum Christi prius facienda erit privata admonitio, & correctio, si verò hæc non profuerit, tunc licet fiet denunciatio judicialis, seu manifestatio delicti Superiori ut Judici. Ità docet communis, & vera sententia, à qua tamen recedit Bordonus Prax. Crim. c. 3. Secl. I. à n. 37. ubi ex levissimis & solùm apparen-tibus ratiunculis docet Visitatorem ha-bere jus inquirendi super omnibus pec-catis occultis saltēm per unum testimoniū semiplenè probabilibus, adeoque subdi-tos obligari ad ea revelanda. Sed Bor-dono, ut alios Doctores omittam, præferendus est S. Thomas, qui 2. 2. q. 33. a. 7. ad 5. tutissimam, & à lassione con-scientiæ maximè alienam doctrinam tra-dit, *Dicendum*, inquiens, quod *Præla-to non est obediendum contra præceptū Domini*, secundūm illud Act. 5. Obedi-re oportet DEO magis, quam homi-nibus. Et ideo quando *Prælatus præci-pit*, ut sibi dicatur, quod quis scive-rit corrigendum, intelligendum est præ-ceptum

ceptum sanc*t*e, salvo ordine fraternae correctionis: sive præceptum fiat communiter ad omnes, sive ad aliquem specia-liter. Sed si Prælatus expressè præcipere, contra hunc ordinem à Domina institutum: Et ipse peccaret præcipiens, Et ei obediens, ut contra præceptum Domini agens. Vnde non es-set ei obediendum, quia Prælatus non est iudex judiciorum, sed solus D.E.V.S. Vnde non habet potestatem præcipiendi aliquid super occultis, nisi in quantum per aliqua indicia manifestan-tur, puta per infamiam, vel per ali-quas suspicione*s*, h. e. præsumptiones: in quibus casibus potest Prælatus præcipere eodem modo, sicut Et iudex Sæ-cularis, vel Ecclesiasticus potest exige-re juramentum de veritate dicenda. Ita quoque disponit Innoc. IV. in forma Visitationis c. I. §. sanc*t*e de Censib. in 6. volens, ut Visitator notoria delicta puniat, & super delictis infamatis inquirat per Ordinarios, super oc-cultis autem delictis non diffamatis nullam

18) (46) (50)

nullam inquisitionem præcipit fieri. Ratio etiam est, quia Visitator tenetur ea agere, quæ sunt ad bonum commune, sed corrigere peccata occulta, non diffamata, vel indicata, non est ad bonū commune, cùm communitas per talia delicta non sit læsa, & revelatio eorum sape pariat scandala, & opprobria non sine magno communitatis detimento, ergo. Cætera quo ad culpas leves, & quotidianas, secundūm cujusque Institutū Regulas, liberè exequetur Visitator.

Q. XI. *Quid sit furis circa Inquisitionem specialem?* R. I. Prælatus non potest regulariter instituere inquisitionem specialem contra certam personam, nisi præcedat infamia, vel indicia gravia infamia æquivalentia, vel legitima denuntiatio judicialis, aut querela offensi. Ita vera, & pro conscientijs secura sententia fundata non solum in Jure positivo. c. 19. 21. 24. de accusat. c. 2. eod. in 6. c. 1. §. sane. de Censib. in 6. sed etiam in Jure naturali, quod dictat Prælatum non

non debere procedere criminaliter contra certam personam, nisi ex publica notitia, sed talem non habet, nisi persona delicti rea ad illum deferatur per communem famam, aut aliam juridicam insinuationem, ergo. Porro ut quis dicitur de crimine infamatus, debet fama ista oriri à personis gravibus & honestis, non vero levibus, & vilibus, item debet spargi per majorē partem communitatis, in qua inquirendus moratur, & lae pius auribus Prælati insinuari, ut statuitur in *citt.* *Juribus* Nec audiendus est hic Bordonus dicens infamiam pertinere ad apices Juris, nec attendi apud Rigulares : nam juxta eundem querela criminalis est de substantia judicij etiam Summarij, sed infamiam, vel indicia ei æquivalentia sustinent vicem querelæ, seu Accusationis in judicio Inquisitionis specialis: unde enim alias Judex movebitur ad inquirendum specialiter contra certam personam? ergo. Nec obstat c. 24. de *Accus.* in fin. ibi: *hunc tamen ordinem.* Nam Papa ibi non dicit,

cit, quod in judicio Regularium infamia  
non debeat præcedere Inquisitionem spe-  
cialem, cum Jura passim hanc infami-  
am prærequirant, & communis DD. idem  
ipsum doceat, sed quod in depositione  
Prælati Regularis non sit observandus ple-  
narius ordo Juris ibi præscriptus, qui a-  
lioquin observari debet in depositione  
Prælati sæcularis. Quod utique verum  
est, multi enim Prælati Regulari ad ius-  
tum majorum Superiorum sunt amo-  
biles; si tamen judicialiter amoventur,  
præcedere debet clamorosa insinuatio,  
sive infamia, & haec sufficit loco quere-  
læ; ut verò deponantur Prælati Sæcula-  
res, requiritur tanta infamia, quæ sine gra-  
vi scando dissimulari, & sine magno  
periculo tolerari nequit. *cit. c. 24. V.*  
*sed cum de accus.* Abb. Sylv. &c. *R.*  
2. Dantur certi casus, in quibus Judex  
inquisitionem specialem facere potest con-  
tra personam infamiam non laborantem,  
modo adsint aliqua indicia & conjectu-  
rae delicti. Hujusmodi sunt crimina ex-  
cepta, ut hæresis, Simonia, læse Majesta-  
tis,

108) (49) (50)  
tis, perduellio, & alia gravissima. Nā  
ob atrocitatem horum criminum mul-  
ta specialia perniittuntur, ut accusatores,  
& testes de Jure inhabiles, imò sola cō-  
fessio Correi sufficit ad inquisitionem  
specialem ex communi DD. R. 3. Si  
inquisitio facienda est ad instantiam pe-  
tentis inquisitionem, Judex non proce-  
det, nisi priùs probata sit infamia con-  
tra quam admittitur Reo probatio bonæ  
faniæ, nè ità malevolis dētur occasio  
calumniandi innocentes. Glossa in *cit:*  
*c. 24. de accus.* Secus est, si Judex ex  
mero officio procedit, tunc enim infa-  
mia supponitur ei esse nota, & probata.  
R. 4. Antequam Judex specialiter in-  
quirat contra perlonam certam, certò  
constare debet de corpore delicti, vel  
per inspectionem occulatam, si delictū  
est facti permanentis, ut homicidium,  
effractio arcæ &c. vel per conjecturas,  
& indicia sufficientia, si delictum est fa-  
cti transeuntis, ut adulterium, blasphe-  
mia, percussio non relinquens cicatri-  
cem, aut aliud signum &c. R. 5. Præ-

D

latus

• 8 ) ( 50 ) ( 5 •

latus Regular. facto inquisitionis processu, omnia ejus capitula tenetur dare Reo citato, ut is se defendere possit, nomina tamen testium, cum id pertineat ad apices Juris, non sunt manifestanda Reo, ne charitas, & tranquillitas Religiosorum turbetur, nisi gravissima causa exigeret manifestationem testium. Ita com. R.  
6. Si Reus testimonia contra se allata purgare nequit, condemnatur regulariter ad poenam ordinariam; si vero plenè convictus non est, non statim absolvitur, nisi praestito juramento purgationis. l. 2. §. 6. 7. C. de jure rei propt. cal. c. 3. de purgat. Can. Cætera ferè omnia servantur, sicut in judicio alio Criminali summarie pertractato.

#### §. IV.

#### Proponitur Ordo practicus Judicij Criminalis Summarij.

**C**onstat ex hactenus dictis, quâ viâ, & Prælati, & subditi, securè progressantur ad Judicia Criminalia; hic exponendus

ponendus erit Ordo practicus comple-  
ctens actus substantiales, Processui Cri-  
minali præscriptos. Sit itaq; :

## Actus I. Querelæ delatae.

JUDICium criminale incipit à quere-  
lante, seu accusante, seu ab eo, quod  
vicem accusatoris, seu delatoris susti-  
net, c. i. 9. *de accus.* Et quidem i.  
si certum crimen cuius author ignora-  
tur, delatum est ad Prælatum Regula-  
rem, is ex officio suo instituit inquisi-  
tionem generalem, Edictō, vel vivâ  
voce præcipiendo subditis, ut certum  
delicti authorem manifestent, puta mo-  
do licitō & debitō juxta superiū di-  
cta §. 3. q. 9. n. 4. Jam si ex responsis  
subditorum nulla sufficiens notitia de  
authore delicti hauriatur, processus in-  
terim suspendendus est, donec suffici-  
entia indicia innotescant. Si verò per  
inquisitionem generalem Prælatus suffi-  
cienter informatus est de authore deli-  
cti, viam apertam habet ad inquisitio-

(52) (53)

nem specialem, observaturus ea, quæ  
mox dicentur. 2. Si reus delicti præ-  
viâ infamiâ, aut indicijs sufficientibus,  
delictôque propinquis, ad Prælatum de-  
latus est, ipsa infamia locum accusatoris  
tenet, & Prælatum monet ad faciendam  
inquisitionem specialem contra per-  
sonam infamatam. 3. Si Reus judiciali  
denunciatione deferatur ad Prælatum,  
is antequam denunciationem suscipiat,  
circumspectè consideret personam de-  
nunciantis, & denunciati cum omnibus  
alijs qualitatibus & circumstantijs, tum  
in continent denunciantem interroget,  
an nullô odio, inimicitia, vel aliâ pra-  
vâ passione feratur erga denunciatum ?  
an delictum sit notum Communitati, vel  
in ea diffamatum, scandalosum, per te-  
stes, præsumptiones probabile ? an de-  
nunciatus suscepit fraternalm corre-  
ctionem, si huic locus erat ? vel utrum  
in eo delicto à Superiore correctus, &  
punitus fuerit ? an se emendaverit, aut  
monitiones contempserit ? Jam si ex  
reponsis apparent, delictum personæ de-  
nunci-

(18)(53)(54)

nunciatæ præsertim honestioris, esse occultum, quod parum vel nihil præjudicat Communitati, & propalatio ejus cederet in majus Communitatis detrimentum, Prælatus prudenter admonebit denunciantem dicendo, delictum hoc propter plura incommoda vitanda, non judiciali, sed paternâ correctione emendandum esse secundūm dicta §. 3. q. 7.  
n. 4. Si verò delictum sit notorium, vel diffamatum, vel occultum quidem, sed noxiū Communitati, aut tertio, præsertim si pendeat in futurum, Prælatus securā conscientiā disponere se poterit ad inquisitionem specialem. Nè verò præceps, & indiscretus zelus perturbet rectam rationem, consultè faciet Prælatus, si denuncianti, an in denūciatione persistere velit, certum temporis spatiū ad deliberandum præfiniverrit, quō elapſō si redux in denunciacione perleveraverit, Prælatus dicat se velle intentioni ejus satisfacere, & processum criminalem contra denuntiatum intentare.

Actus

(§)(54)(§)

## Actus II. Querelæ in Acta inserendæ.

**H**ic ante omnia Prælatus Secretari-  
um suum, vel alium idoneum ver-  
bō, aut scriptō deputabit in Notarium  
conficiendi Procesus, & quamvis Se-  
cretarius seu Notarius apud Regulares  
absolutè non teneatur jurare, cùm nul-  
lō Jure caveatur, tamen de consuetu-  
dinē jam introducta, ad plenam since-  
ritatem judicij debet Notarius juramen-  
tum præmittere de fideliter exercendo  
officio suo. Tum secundūm consue-  
tas formulas initium Procesus Actis  
interitur. Et quidem :

I. Si processus incipit ex mero offici-  
o Judicis ad nullius denunciationem  
& querelam, Notarius præmittit ea, quæ  
Prælatum moverunt ad faciendam in-  
inquisitionem v. g. *IN NOMINE  
DOMINI, Amen. Cum ad aures  
R. Patris N. Provincialis pervenerit  
Patrem N. reum esse delicti perpetra-  
ti. N. ne hoc maneret impunitum cum  
offen-*

(55) (56)

offendiculo communitatis, ad inquisitio-  
nē specialē procedere statuit, die Men-  
sis, anno.

II. Si processus faciendus est per vi-  
am denunciationis judicialis, Prælatus  
seriò & graviter adhortabitur denuncia-  
torem, ut DEUM præ oculis habens,  
non ex aliqua prava passione, sed ze-  
lō justitiae & Religionis negotium de-  
nunciationis aggrediatur. Factâ hâc ex-  
hortatione, indicet denunciatori *juramen-*  
*tum de cœlumniâ* ex præscripto Clè.  
2. de Vsu. Sū. atque ità denunciator jura-  
bit, quod sine animo calumniandi, seu  
injuriandi & vexandi, sed bonâ fide de-  
lictum fratris denunciet, & sincerè abs-  
que fraude & dolo omnia aperire, & a-  
gere velit, quæ necessaria sunt ad tale  
judicium. Hoc juramentum cuicun-  
que denunciatori judiciali remitti non  
debet nec potest, quâcunque consue-  
tudine non obstante c. 5. de juram. ca-  
lum. Cùm in cit. Clem. præscribatur  
pro judicio Summario nè scil. *Ange-*  
*lus tenebrarum, transformet se in An-*  
*gelum*

15156156

gelum lucis. Tum ut denunciatio ri-  
tè referri possit in acta, Prælatus inter-  
rogabit Denunciatorem: 1. Cujus sit  
nominis? professionis? ætatis? officij?  
famæ &c. 2. Quæ sit illa persona, quā  
denunciat? cuius professionis, gradus,  
ætatis & officij? an bonæ sit famæ, vel  
malæ, an processata aliquando fuerit?  
3. Quodnam sit delictum ab ea com-  
misum? an in specie sua consumma-  
tum, an verò solūm attentatum? 4. In  
quibus circumstantijs commissum sit?  
puta in quo loco, domo, parte domūs,  
quo tempore, anno, mense, die, an no-  
ctu, an interdiu, qua horā diei, aut no-  
ctis? an clam, vel aliquibus præsentib-  
us? & si crimen est, quod sine socio  
patrari nequit, ut fornicatio, interroga-  
bit Prælatus de complice criminis. 5.  
Ex qua causa, motivo, aut fine, Reus  
motus sit ad crimen committendum?  
an injuriā aliquā provocatus? an ex su-  
bito impetu? an præmeditatè? 6. Cùm  
denu ciator obligetur, non quidem ad  
probandum per se, sed ad indicandum  
per

¶ §) (57) (58)

per quæ indicia, aut testes delictum probari possit, tenebitur Prælato talia indicia, & testes indicare, alioquin si hoc nequeat, repellendus est à denunciacione judiciali, utpote denuncians delictum improbabile, nisi jam diffamatum esset. 7. Hæc omnia interrogatoria cum responsis Notarius adnotabit, exprimendo, quantum possibile est, eadem prorsus verba denunciatoris, et si barbara, vel non satis emendata essent: deinde præleget denunciatori singula interrogata, & respōsa, ut si quid perperam respondit, corrigere possit, & simul ut Prælatus advertat, an nihil ex necessarijs omissum sit. Tandem tota denunciatio Actis inferetur sub hac forma v.g. *Comparuit in præsentia R. P. N. N. Provincialis (vel alterius Delegati) P. N. v. N. & coram ea denunciationem judicialem contra Fratrem, vel Patrem N. proposuit modō, ut sequitur: (Hic scribitur tota denunciatio, quæ optimè adnotetur cū interrogatis & responsis) Et cum de-*

nunc

(58) (58)

nunciator nihil ultra dicendū haberet,  
dimissus est. Acta sunt hæc vg; Tu-  
sculi in Domo nostra N. & per me No-  
tarium conscripta anno, mense, die, &c.

### Actus III. Investigationis de Corpore Delicti.

Prælatus acceptâ, & benè consideratâ denunciatione, investigat de corpore delicti, & quidem si *delictum est facili transiuntis*, quod post se nullum relinquit vestigium, sufficit investigare delictum per conjecturas, & indicia, quæ aliquomodo svadeant illud commissum fuisse. Si verò *delictum est facili permanentis*, quod post se aliquod vestigium relinquit, opus est inspectione oculari, per quam constet de corpore delicti. Unde Prælatus per se, vel per Delegatum, seu Commissarium oculatiter inspiciet, an v. g. homo sit ocellus, an vulneratus, an vibices, aut cicatrices, aut alia signa ex percussione relicta habeat? in materia furti, an arca aper-  
ta,

(59)

ta, effracta, spoliata fuerit? In criminis falsi, an extent literæ, vel sigilla falsificata, an moneta adulterata? &c. factisque necessarijs interrogatorijs ad eos, qui melioreni notitiam delicti habent, concludet hanc investigationem delicti, eamque Actis inferet Notarius sub hac forma v. g. *Postquam R. P. N. Prov. dictam denunciationem mature considerasset, contulit se ad investigandum corpus delicti in praesentia horum vel illorum, reperitque illud ita se habere, ut sequitur: (hic exprimitur tota investigatio cum suis circumstantijs) & cum aliud non esset investigandum, clausit predictam investigationem.* *A&a sunt hæc in tali loco, & per me Notarium præsentem conscripta anno, mense die.*

## Actus IV. Citationis Rei ad litem contestandam.

I. **C**itatio verbalis Rei ad contestationem  
clitis non est necessaria in judicio Sū-  
mario Clgm; 2. de Vju Sū. Fieri tamen  
potest

(60)

poteſt à Prælato citra vitium proceſſū, idque expediens quandoque erit ad proceſſum abbreviandum. Unde Prælatus Reum diffamatum, vel judicialiter denunciatum, fi ita expedire judicaverit, poterit ad ſe verbaliter per internuntium citare, eique non reprehensivè, aliaſ calumniator foret Prælatus, ſed ſimpliſter & planè proponere, quod apud ſe diffamatus, vel judicialiter denunciatus, adeoque proceſſui criminali ſubi- ciendus fit. Si reus ipſontè & humili- liter ſinè ulla jufſione Prælati conſitea- tur delictum, non eſt ulterius proceſſu- dum ad receptionem testium & alias probationes, cùm propria confeſſio fit optima probatio, ſed ſtatiu- ex propria confeſſione per tentiam definitivam cōdemnari potheſt, mitius tamē, quæ ſetēti- a in ſcriptis concipi, & prælegi debet.  
*cit. Clemens ut ſupra.*

2. Si Reus ita citatus dicat ſe nihil ſci- re de tali delicto, Prælatus pro tunc nō potheſt eum interrogare juridicè, cùm ſupponatur needum habere ſemiplenam  
pro-

(61)

probationem ; & licet denunciatori detulerit juramentum calumniæ, Reo tamen in criminalibus vel non potest, vel non solet illud deferre , ut melior sententia cum praxi docet. Tum quia generale *juramentum calumniæ* est super credulitate bonæ causæ, Reus autem cùm sciatur, an commiserit , vel non commiserit delictum, non potest jurare super credulitate delicti; Tum quia in Reis criminaliter delatis periculum est perjurij; Sufficiet ergo juramentum de veritate dicenda, ut infrà dicetur.

3. Si Reus vehemēter est suspect⁹ de fuga , poterit etiam ante semiplenam probationem citari realiter h. e. per incarcerationē custodiæ causā. Nb. In hoc tamen Prælatus sit valde circumspectus; Nam si injustè h.e. ante sententiam cōdemnativam, vel antè semiplenam probationem per unum testimoniū , vel dum nulla est rationabilis suspicio fugæ , incareret Religiosum Reum, incurrit excommunicationem latæ sententiæ ex can. si quis suadente. 17. q. 4. ut clarè col-

colligitur ex c. 35. de sent. excom. ubi  
permittitur Clerici incarcerari sed: Post-  
quam fuerint de crimine canonice con-  
demnati.

## Actus V. Depositionis Testium.

Cum delictum non substet conde-  
mnationi nisi legitimè probetur,  
Prælatus Reô etiam non citatô (hæc e-  
ni citatio nō requiritur in judicio Sūma-  
rio) procedere debet ad probationē, quæ  
in delictis plerumque fit per testes, aut  
violentas præsumptiones.

Unde I. Si Prælatus ex mero officio  
procedit per inquisitionē specialem con-  
tra Reum diffamatum, Edictô, vel v.  
vâ voce vocat Subditos de familia Re-  
ligiola ad testimonium deponendum,  
quo casu, sicut Prælatus habet jus & po-  
testatem juridicè interrogandi, itâ sub-  
diti habent obligationem in conscientia  
dicendi veritatem. Si verò procedit  
per viam denunciationis judicialis, ad-  
voca-

vocabit testes à denunciatore indicatos  
& isti pariter tenentur veritatem dicere,  
cùm juridicè interrogentur.

2. Prælatus testem citare potest quo-  
cunque modo, vel per se oretenus vo-  
cando, aut monendo, vel per internun-  
tium ei significando, ut compareat ad te-  
stimonium dicendum. Nec opus est hic  
decreto formaliter & specificè citatorio,  
cùm hoc non sit de substantia judicij  
Summarij, sed pertineat ad solen-  
nitates, & apices Juris.

3. Testi comparenti Prælatus indicit  
juramentum de veritate dicenda, quod  
juramentum coram ipso Prælato tanquam  
Judice præstandum est c. 17. *de testib.  
et attestat. Clem. 2. de V. S.* attē-  
tā cæremoniâ accidentalī, an juretur ta-  
ctis vel propositis Evangelij, vel tactō  
Crucifixō &c. Porrò testis jurare debet  
super quinque capitulis, scil. *super totā  
veritate dicenda, super nulla falsitate  
intermisenda, super omni veritate di-  
cenda pro utraque parte, super veritate  
dicenda sive individualiter interro-  
getur,*

(64)

getur, sive non, denique super eo, quod  
nec ex aliqua passione, nec pro aliquo  
pretio testimonium sit dicturus. Ab-  
bas in c. 17. de testib. Addit sextum ,  
quod testis lecretum suorum dictorum  
servaturus sit. Hoc autem juramentum  
de necessitate fieri debet, cum pro ju-  
dicijs Sumarijs prescribatur in eis. Clem.  
Nulli enim testi non-jurato credi debet  
in alterius præjudicium,sive testis sit Re-  
ligiosus, sive Sacerdos, sive Episcopus,  
sive Cardinalis, non obstante qualcumque  
consuetudine, item non obstantibus  
Constitutionibus Religiorum, quæ in  
hoc puncto irrationalib[us] sunt, & cor-  
rectæ à SS. Canonibus,ut tenet commu-  
nis DD. Sententia ex C. 51. de Testib[us] ubi  
non obstante Minorum, quam Cu-  
stos allegavit tanquam prohibitoriam ta-  
lis juramenti Honorius III. rescripsit ,  
quod nullius testimonio, quantumcumque  
Religiosus existat, nisi juratus de-  
posuerit, in alterius præjudicium debet  
credi. Nb. Neque hoc juramentum remit-  
tere potest quicunque Prælatus Regula-  
ris,

ris, imò probabilius nec Princeps etiam Ecclesiasticus saltem in judicio criminali, cùm Apostolus dicat *Hebr. 6. v. 6.* *Omnis controversiae eorum finis ad confirmationem, est juramentum.* Licet autem pars adversa remittere possit juramentum testium in causa Civili, præcisè bonum privatum partium concorrente *C. 39. de Testibus.* Non tamen illud remittere potest in causis criminalibus bonum publicum concernentibus, uti nec in causis Spiritualibus & periculum animæ continentibus, uti in Matrimonialibus circa valorem intentatis, in Beneficialibus, professione Religiosa, & hujusmodi, cùm similes easæ non pendeant à privata partium voluntate. Ex hac doctrina habes i. Nb. Quod Prælatus Regularis non possit procedere contra Reum ex testimonij non juratis, vel depositis coram non-Judice, ut si depoñerentur coram aliquo Sacerdote nō habente spreciale mandatum ad excipienda testimonia, imò si causa agitetur coram Prælato Provinciali, nec Prælatus

E

tus

tus localis sive speciali mandato testimonia validè excipere potest. c. 4. *de judic.* & c. 8. *de testib⁹* nam talia testimonia non sunt juridica, & processus ex illis factus non est legitimus. *Habes* 2. quod testimonia non-jurata, cum eis credi non debeat, nec semiplenam probationem faciant, non sufficiant ad incarcerandum Religiosum, imo si Prælatus vi horum testimoniorū illum incarceraret, non evaderet excommunicationem Canonis, Si quis &c. cum injuste illum gravaret.

4. Præstito à teste juramento Prælatus procedit ad examen testis, & præprimis abstinere debet ab *Interrogatorijs suggestivis*, quibus Judex in speciali suggerit, quid testis respondere debeat. v. g. An Titius viderit, quod Caius occiderit, vel vulneraverit Lucium hanc die, horam, in tali loco, percutiendo illum gladio &c. nam suggestiones istæ, tanquam perniciosissimæ, judiciorum errorivæ, meritò reprobantur ab utroque Jure.

Jure. Unde Judex primum proponet *Interrogatoria Generalia* interrogando testem : Quo nomine vocetur ? cuius sit ætatis , & conditionis ? quod officium habeat ? an sit inimicus Rei ? an subornatus. & pecuniâ corruptus ? an cum alijs testibus convenerit, vel ab aliquo edocitus fuerit, quid deberet respondere ? an sit amicus, vel familiaris denunciati ? &c. Deinde descendit ad *Interrogatoria specialia*, quæ ex ipso facto controverso ejusque circumstantijs detinuntur, & numerantur decem in c. 37. de *testib.* *Causæ, persona, locus, tempus, visus, auditus, scientia, credulitas, fama, certitudo.* Et interrogat testem v. g. An audiverit homicidium fuisse ? an interfuerit, vel viderit ? quis illud commiserit ? quo loco ? quo tempore, & horâ ? &c. Ad hæc & similia interrogatoria quisque testis seorsim, & secreto coram Judice respondebit singillatim, & vivâ voce : *Tum quia testibus credendum est, non testimonij l. 3. §. 3. ff. de testib.* seu vocaliter, non scripto

29) (68) 150

dePonentibus; tum quia testis prævide-  
re non potuit omnia interrogatoria Ju-  
dicis, adeoque non potuit competens  
in scriptura afferre testimonium. Item  
responſiones istæ debent esse claræ &  
certæ, non obscuræ & dubiæ, confor-  
mes articulo & interrogationi, si quid  
verò extravagans præter interrogatio-  
nem testis responderit, habetur dictū  
pro non-deposito.

5. Notarius omnia interrogata Judi-  
cis, & responſa testis diligenter, & verè  
ut erant dicta anno tabit, finitōque exa-  
mine juxta receptam praxim , totam  
seriem examinis testi præleget, ut, si  
quid perperam respondit, emendare pos-  
fit. Tum examen hoc in Acta referet.  
Sub hac forma: v. g. Citatus P. Titus  
Religionis nostræ Sacerdos, & in domo  
N. Concionator &c. comparuit coram  
A R.P. Provinciali, & juratum testimo-  
nium in causa N. deposituit, ut sequitur:  
**Ad primam interrogationem respondit**  
&c. Quod testimonium sibi prælectū  
ratificavit, & impositō sibi silentiō de  
creto

(68) (69) (60)

secreto tenendo dimissus est. Acta sunt  
hæc in domo nostra, N. & per me Nota-  
rium præsentem conscripta anno , men-  
te, die. Hæc quoque omnia in singu-  
lorum testium depositionibus servanda  
erunt.

## Actus VI. Discussionis Attestationum.

Cùm Prælatus juridicè contra Reum  
ulterius procedere nequeat , nisi  
legitimæ probationes id t'vadeant : ideo  
mature discutere debet depositiones te-  
stium seu attestations, sufficientes ne  
sint ad Reum juridicè citandum aut  
condemnandum ? Pro discernendo ,  
an probatio sit plena , vel semiplena ,  
servient Regulæ seqq.

I. Duo testes idonei , & simul *con-  
fites*, qui super eodem facto concorditer  
deponunt, faciunt plenam probationem ,  
modò sint testes *de scientia h. e.* qui  
deponunt se factum scire , & causam  
suz scientiaz dant ex sensu corporeo ,

quòd scil. delictum visibile per viu[m],  
seu proprijs oculis viderint, & delictū  
audibile, ut blasphemiam, vel calumniam  
per auditum seu proprijs auribus  
perceperint à Reo perpetratum. Ità  
certa intentia ex c. 37. de testib[us] can.

15. *testes* 3. q. 9. ubi Callistus ait: *Te-*  
*stes per quamcunque scripturam testi-*  
*monium non proferant, sed præsentes*  
*de his quæ noverunt, & viderunt,*  
*veraciter testimonium dicant.*

2. *Testes de credulitate*, qui testan-  
tur se credere rem ità esse, item *testes*  
*de auditu auditū seu de auditu ali-*  
*eno*, per se & regulariter parum vel ni-  
hil probant præsertim in criminalibus.  
Ità com. Nam per citt. Jura, *testes* ut  
aliquid probent, debent esse *testes de*  
*scientia* deponentes super eō quod no-  
verunt & viderunt, quales utique non  
sunt *testes de credulitate*, vel de audi-  
tu auditū, et si *publica fama* accedat,  
quia *dictum unius facile sequitur mul-*  
*titudo*. c. 12. de purg. Cen. Excipe  
nisi adsint violentæ præsumptiones, &  
indicia

(71) (50)

indicia propinqua criminis, sive quibus  
testes de credulitate, vel auditu alieno  
nem quidem indicium faciunt ad tortu-  
ram.

3. Testes *singulares*, qui super eodem  
facto uniformiter non deponunt, regu-  
lariter plenè non probant. c. 9. §. quan-  
quam. de *Prob.* ubi rejicitur testimo-  
nium eorum, qui *in dicto sui testimoniis sunt singulares*. Et quidem si testes  
sunt *singulares singularitate obstativâ*,  
seu *adversativâ*, aut *contrariâ*, dum  
unius testimonium cotrariatur testimo-  
nio alterius, planè nihil probant, cum  
testimonium unius evacuetur per con-  
trarium testimonium alterius, nec sit  
ratio potius assentiendi huic, quam al-  
teri, ut patet in duobus senibus *Daniel.* 13. Unde rejiciendi essent testes, quo-  
rum unus diceret, quod *Cajus occide-*  
*rit Titum in hoc cubiculo, & alter di-*  
*ceret, quod occiderit in alio cubiculo,*  
*vel alio tempore &c.* Si testes sunt *sin-*  
*gulares singularitate diversificativâ*,  
qui deponunt de factis diversis, non  
tamen

(72) (56)

tamen sibi contrariantibus, neque se adjuvantibus, non probant plenè, cùm nullus eorum habeat contestem, regulariter autem quilibet in suo dicto probat semiplenè, ut si unus dicat Titum commisisse fornicationem cum Berta, alter verò adulterium cùm Titia. Si tamen tres vel quatuor testes idonei deponant super eodem facto in specie v.g. super fornicatione, & diversi sint locum circa locum, & tempus, plerumque sufficienter probant ad poenam saltēm arbitriam, quia probatō genere, sufficienter probatur species, seu ut loquuntur Philosophi, probatā specie, probatur individuum, cùm species sine individuo non existat, nisi falsitas testimoniū aliunde colligatur, sicut in illis S. nibus Daniel. 13. Denique si testes sint singulāritate administrativā, seu cumulativā, ità ut testimonium unius testis de viſu adjuvetur per dictum alterius, qui ex auditu percepit delictum, vel vidit aliqua indicia disponentia ad delictum cùm eo connexa, regulari-  
ter

(73)

ter non probant plenè ad poenam ordinariam, sed plusquam semiplenè ad poenā extraordinariā, seu arbitriariā, ut si un⁹ testis dicat, quòd viderit Titiū furātem, alter verò dicit, quòd viderit eum euntem ad talem locum cùm his instrumentis, vel quòd viderit apud eum copiosam pecuniam &c. Jam si plures testes pro, & contra delictum testetur, regulariter, & ceteris paribus præferenda est potior pars testium concordantium, imò duo affirmativè seu positivè deponentes, præferendi sunt centum alijs negativè deponentibus, qui dicunt se non interfuisse, non recordari &c.

4. Testis sibi ipsi *contrarius*, qui in eodem judicio contraria & inter se pugnantia deponit, nunc affirmando, nunc idem negando, nihil probat, neque sufficit ad incarcerationem vel torturam. Nā nō est ratio, cur uni potius quàm alteri dicto credatur, nisi testis in continentí prius dictum revocaret, & emendaret.

209 (74) (5)

daret. Sic non valet dictum testis, qui modò dicit, quòd Titius Cajum occiderit, modò id negat, vel quòd occidit gladio, & deinde dicit, quòd occiderit cultro &c. Contrarietas autem in modo narrādi, vel circumstantijs impertinentibus ad principale factum non tollit fidem testis. Testis *varius* qui varia profert, non tamen inter se pugnantia, tunc tantùm probat, si varietas non est circa factum principale, & circumstantias substantiales, alioquin in his varians, in effectu est testis sibi ipsi contrarius atque ità nihil probans. Plura de his vide in DD. ad tit. de *Testibus*.

5. Fama sola, licet legitimè probetur per duos testes, nec semiplenè probat in criminalibus, quia in his requiruntur probationes luce meridianâ clariores *l. fin. C. de probat.* Unde *testes de fama* sinè alijs adminiculis, non sufficiunt ad torturam, minùs ad poenam. Potest tamen Religioso vehementer diffamato indici purgatio Canonica. *can. 5. Presbyter,*

305 (75) (60)  
sbyter. 2. q. 4. Similiter *Testes ultronei*, seu non citati, vel à parte non producti, sed qvi ultrò se offerunt ad testificandum, tanquam suspecti rejiciendi sunt.

6. Præsumptiones violentiæ, quæ presumuntur ex indicijs gravissimis & delicto proximis, plenè non probant in criminalibus majoribus, quæ in statu Regulari æquivalent capitalibus, ut si pro delicto infligenda esset poena tritemium, perpetui carceris, ejectionis ex Religione &c. Nam juxtal. fin. C. de probat. *Res criminalis debet esse instruta apertissimis documentis, vel indicijs ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita.* Sed præsumptiones etiam violentæ regulariter non faciunt rem criminalem apertissimam, imò ab exemplis constat ejusmodi præsumptiones falsas fuisse, ergo. At in criminalibus minoribus præsumptiones violentæ, ieu gravissimæ plerumque faciunt plenam probationem. c. 2. & 12. 13. de præsumt.

Ex

Ex his, & similibus perpensis videbit Prælatus, quanta probatio contra Reum allata sit.

## Actus VII. Citationis Rei ad sui defensionem, & Con- fessionem.

**C**itatio hæc non tantum de Jure positivo, sed etiam de Jure naturali est adeò necessaria etiam in delicto notorio, ut sine illa processus sit nullus. Nam Nullus inauditus condemnari debet. Ut autem ritè fiat, observanda sunt seq.

i. Si Prælatus ex inspectis testimonij, vel alijs probationibus videt adesse plenam probationem per duos testes de scientia, vel per unum testem idoneum semiplenè probantem, vel per unum indicium violentum, quod saltē semiplenè probet, salvâ conscientiâ potest citare Reum verbaliter, & si opus sit, etiam realiter per incarcerationem, cùm etiam semiplena probatio sufficiat ad tortu-

25) (77) (S)

torturandum, ergo multò magis ad incarcerandum custodiæ causâ. E contrà si nec templa probatio adsit, Prælatus injustè & invalidè citat Reum, cùm non procedat ut Judex, imò si Religiosum incarcereret utpote violentus aggressor Clerici, indubitè incurrit excommunicationē Canonis. *Siquis. &c.*

2. Reō ob justam causam incarcera-tō custodiæ causâ (sinè tali autem cau-sa non est incarcerandus) Prælatus cō-fert se ad visitandam ejus cellam, seu locum habitationis si exposcat delictū facti permanentis ut furtum, homi-cidium &c. an scil. in tali loco reperian-tur aliqua instrumenta, reliquiæ, aut alia indicia delicti, quæ omnia per Notarium adnotabuntur.

3. Prælatus Reum ex carcere citat ad suum tribunal, eumque coram se præsen-tē præmonet, quod ex depositionib⁹ te-stium jus & potestatem habeat illum ju-ridicè, & servatō Juris ordine interrogan-di, & consequenter Reus habeat in con-scientia obligationem respondendi, ac

vē-

(78)

veritatem fatendi. Tunc autem censemur Prælatus interrogare juridicè, seu servatō Juris ordine, dum contra Reum adest saltēm semiplena probatio per unum testimoniū omni exceptione majorem, seu cui nulla exceptio opponi potest, qui de scientiā & visu depositus contra Reum. An verò Prælatus ad hoc, ut Reus sciat se interrogari Juridicè, teneatur eidem Reo dare copiam processus, vel prælegere depositiones testimoniū, an verò sufficiat in genere dicere delictum sufficienter esse probatum ad effectum interrogandi & respondendi, variant DD. Hoc posterius affirmant Clar. Bord. & alij, quia pro Judice stat præsumptio, quod Reum non decipiat. Illud autem prius requirunt Sanch. Lugo, Diana, & alij, quorum sententia humanior est, juxta quam Prælatus tacito nomine denunciatoris, & testimoniū, curabit Reo prælegi depositiones, seu testimonia, ut Reus non prætexat causam ignorantiaz, quod scilicet nesciat, an juridicè sit interrogandus?

39) (79) (50)

4. Prælatus priusquam Reum interroget, indicet ei juramentum de veritate dicenda, ut præscribitur in Clem. 2. de V. S. & hoc juramentū tenetur præstare Reus, nisi justam causam haberet recusandi talem Prælatum, & coram eo respondendi. Tum Prælatus, abstinendo ab interrogatorijs suggestivis, incipit proponere interrogatoria generalia, & gradatim descendit ad specialia, sicut in examine Testium, non plura simul, aut diversa, sed singula clarè, & distinctè formando. Jam si Reus fateatur delictum, non est torturandus, neque in illo casu, quo adest plena probatio, licet Reus persistat in negativa. Nam cessat finis torturæ, seu quæstionis severæ, scil. causa eliciendæ veritatis, cum ex confessione Rei, vel ex plena probatione veritas habeatur sufficiens ad condemnationem. Si vero adest tantum semiplena probatio, & Reus persistit in negando, vel respondet indecorè, mancè, & confuse, Judex serio, non tamen reprehensivè illum adhortabitur,

(80) (56)

bitur, ut cōculendo cōscientiæ suæ veritatem sincerè fateatur, & si nulla sit spes eliciendæ veritatis, differet Reum ad secundum, vel etiam tertium examen dando illi spatium sufficiens ad deliberandum de confessione facienda : tandem si in ultimo examine Reus non fateatur, Prælatus indicet ei quæstionem, seu torturam, cùm sinè illâ nec ipsum condemnare possit, nec absolvere, ne delictum semiplenè probatum maneat impunitum Interim :

5. Prælatus Reo confelsô, vel negante quidem at plenè convictô per duos testes, quibus casibus non est locus torturæ, tradit copiam procesûs offensivi, ut se defendere possit contra imminens gravamen per sententiam inferendum, aut saltèm ad mitigandam poenam. Similiter Reo nec confelsô, nec plenè cōvictô Prælatus tradere debet copiam procesûs, ut & iste contra imminens torturæ gravamen se defendere valeat, alioquin Reus indefensus injustè condemnaretur, aut torturæ subijceretur. Por-

rò

rò copia processus offensivi danda est Reo, sive illam petat sive non, neque Reus regulariter renunciare potest, nisi forsan in delictis notorijs, in quibus certum est Reo nullam competere defensionem. Item, si per se insufficiens est, dandus est illi alter Religiosus criminalium judiciorum peritus per modum Advocati aut Procuratoris, & si talis in Domo haberi nequit, constituedus est illi Laicus Advocatus Jurium peritus, ne Reus defectu scientiae indefensus maneat. Cæterum ut alias dixi, in copia processus non sunt exprimenda nomina Denunciatoris, & testium, nisi gravissima causa agitaretur, tunc enim justitia dictaret etiam denunciatoris & testium nomina exprimi debere, cum id necessarium foret ad justam Rei defensionem.

## Actus VIII. Defensionis Rei

(82) (56)

Criminalis, vel notabiliter minuitur,  
nè procedat ad pœnam ordinariam, cu-  
jusmodi defensiones seu exceptiones  
possunt plures allegari, quia per regulam.  
**20. in 6. Nullus plurib⁹ uti defensionibus**  
**prohibetur.**

Unde i. Reus Regularis defendere se  
potest excipiendo, & recusando Præla-  
tum ut suspectum, sub juramento alle-  
gando causam reculationis, quæ in cri-  
minalibus ferè unica est,, scil. inimici-  
tia capitalis, aut saltē valdē gravis, quæ  
legitimè probari debet coram majori  
Superiore, vel Arbitris ad hoc specia-  
liter electis *can. 15. quod suspecl. 3. q.*  
*5. & c. 41. de apell.* alioquin si reculans  
in probatione defecerit, condignè pu-  
niendus est. Ceteræ causæ reculationū,  
ut familiaritas vel consanguinitas, vel  
similis conjunctio cum parte aduersa,  
uti etiam quòd Judex sit de altera facti-  
one, raro in criminalibus, frequentius  
verò in causis Civilibus Regularium lo-  
cum habent. Potest autem ex justa cau-  
sa reculari non tantum Prælatus localis,  
sed

(83)

sed etiam Provincialis, imò & Genera-  
lis, cùm & isti homines sint suis passio-  
nibus subjecti. In dubio an causa re-  
cusalationis sit sufficiens, multi stant pro  
Prælato recusato, alij pro recusante Reo,  
cujs partes videntur favorabiliores.

2. Reus defendi potest ex pluribus  
capitibus : 1. Ex capite innocentia, ut si  
per testes probet, eō tempore, quō di-  
citur factum delictum, se non fuisse in  
tali loco. 2. Excipiendo contra dicta  
testium, quod non sint jurata, clara, con-  
formia &c. vel quod testes causam suæ  
scientiæ non assignaverint. 3. Excipi-  
endo contra formam processus, quod  
in eo aliquid substantiale omissum fue-  
rit. 4. Excipiendo ex causa præscripti-  
onis, quod delicto jam sit præscriptum.  
5. Ad mitigandam pœnam allegari po-  
test defectus sufficientis deliberationis,  
quam impedivit aliqua vehemens passio,  
ut furor, ira, amor, ætas tenera, aut alia  
causa, ut provocatio, ebrietas, necessi-  
tas defensionis, & hujusmodi.

3. Postquam Reus cum Advocato suo

(84)(50)

causam defensionis suæ formavit, præsentat eam Judici, & si necesse est, petit repetitionem testium, ut de novo examinentur super articulis à Reo formatis, vel producit pro se testes, qui evacuent testimonia priorum testium pro delicto deponentium. Prælatus autem nè videatur negare defensionem Reo, tenetur petitioni ejus deferre, sed confrontationem cum testibus non admittet, quia confrontatio apud Viros Religiosos valdè turpis est, dedecens statum Religiosum, & post se plurima scandala, ac incommoda, ut dissidia inter fratres, injurias, appetitum vindictæ &c. trahens.

4. Quæ hactenus dicta sunt circa citationem, & defensionem Rei, omnia per Notarium præsentem annotabuntur in Actis, tum ad faciliorem probationem, tum etiam ad valorem processus.



Actus IX. Quæstionis,  
seu Torturæ Rei.

Vñlo processu offensivō, & defensivō, si Reus efficaciter non diluit probationes contra se allatas, Prælatus in casu, quo locus est quæstioni, procedit ad torquendum Reum, ut veritatem, & plenam probationem per tormenta eliciat. Hinc

Religiosi etiam Sacerdotes, vel Superiores licet subjiciuntur torturæ, cum nullo privilegio eximantur, immo de hodiernis moribus, teste Farin. & alijs Criminalistis, nec Episcopi, aut Cardinales immunes sunt à tortura. Et quamvis olim de Jure antiquo Clerici & Religiosi non potuerint torqueri à Laicis, hodie tamen ex mandato Prælati Ecclesiastici possunt & debent torqueri à Laicis, sicut & incarcerari, aut alijs corporalibus pœnis castigari citra ullam excommunicationem Canonis c. 35. de fent. excom. Tum quia non reperitur facile aliquis Clericus aut Religiosus.

qui tam crudele officium exercere velit; tum quia Religiosi sunt imperiti hujus artis, nescientes debitè membra alligare, & cum moderamine tormenta applicare, adeoque vocandi sunt Carnifices, & alij Laici habentes peritiam torturæ, prout hoc observat univerlassisima consuetudo Italiz, teste Bordon. Guazin. Barbos. & alijs conformiter cit.

c. 25. quo corrigitur c. 42. de sent. excō.

2. Ut Religiosus nec plenè convictus, ne confessus subjici possit quæstioni, seu torturæ, requiritur semiplena probatio, & aliquid ultrà v. g. unus testis omni exceptione major, & aliquod indicium grave, seu adminiculum, ut confessio Rei extra judicium, publica infamia, vel infamia cum fuga, vel confessio à socijs criminis &c. Nam licet ad torquendos Laicos sufficiat sola semiplena probatio, tamen ob reverentiam Statûs Clericalis & Religiosi, vi cuius præsumuntur innocentia, & integritas vitæ, merito potior pars DD. plus requirit ad torquendum Clericum, & Religiosum,

quam

(86) (87) (88)

quàm Laicum. Porro tortura non adhibetur nisi in delictis gravioribus, quibus statuta est pœna corporalis gravior, quàm ipsa sit tortura, uti in toro Ecclesiastico pœna degradationis, perpetui carceris, trirementum &c. Mitior autem debet esse tortura pro Clericis, & Religiosis, quàm pro Laicis, nè si modus excedatur, incurrit excommunicatio Canonis, & licet Laicus bis terqueri possit dum non variat, seu cum semper negat, ter verò, & non ultrà, si variet, modò confitendo, Religiosus tamen non debet, nisi semel torqueri ut docent Rödriq. Ant. à Spir S. & alij, nisi super venirent indicia prioribus longè graviora.

3. Positis requisitis sufficientibus ad torturam, Prælatus non se solô, sed cum consilio Virorum gravium confidere debet Decretum torturæ, sicut id ipsum Judex Laicus solet observare. Nam in re tam gravi, & inemendabili non debet suæ tantum, sed & aliorum Prudentiæ inniti, nè forte ex alio defectu contingat ipsum errare, & injustè decernere torturam.

(88) (50)

4. Confecto decretō torturæ Præla-  
tus iterum interrogat Reum, an verita-  
tem fateri velit? & si in negativa persi-  
stat, jubet eum duci ad locum tormentorū,  
ubi constitutum rursus interro-  
gat, & fateri nolentem præcipit torturæ  
subjici non ultrà horam, intra ipsam au-  
tem torturam non sæpius, vel alpere,  
sed bis vel ter modestè interroget il-  
lum, an paratus sit veritatem dicere?  
si negando totam torturam fortiter su-  
stineat, reducendus est ad suum locum,  
nec ultrà damnandus ad repetendā tor-  
turam, nisi graviora indicia superven-  
nirent. Si verò intra torturam fateatur  
delictum, non valet confessio, nisi à  
Reo post tres, vel duos dies extra lo-  
cum tormentorum seu ut loquuntur Cri-  
minalistæ, ad bancum Juris ratificetur.  
Quod si Religiosus neget, quod in tor-  
mentis confessus est, prudens Prælatus,  
consideratis considerandis, arbitrabitur,  
an denuò torturæ subjiciendus sit.

5. Tandem Prælatus, post torturam  
unam cum negatione, vel post repetitā  
cum

25) 89) (S)

cū confessione intra tormenta, & negatione extra illa, procedit ad Rei absolutionem. An verò Reus in tali casu sit absolutè, & simpliciter absolvendus, dubitant DD. & quidem Clarus, Farinac. & alij asserunt absolvendum esse tantum limitatè, & sub conditione, nisi nova, & vehementiora indicia superveniant. Gomez verò & alij docent Reum, qui fortiter torturam sustinuit, simpliciter esse absolvendum, ità ut Judex non possit relinquere causam indecisam. Prior sententia accommodatur Reis Laicis, qui in atrocissimis delictis, licet plenè convicti sint, non tamen confessi, trahuntur ad torturam, eaque toleratâ non solent simpliciter absolvi, sed vel conditionatè, vel condemnantur ad poenam arbitrariam. Posterior sententia accommodanda est Clericis & Reliosis præterim in illo cau, quo tracti sunt ad torturam ob sola indicia, & semiplenam probationem, quia talia indicia, & dicta unius sufficienter purgata sunt per tormenta, adeoque Reus simpliciter ab-

Sol.

1890/150

solvendus est. Ceterum Reus, et si in progressu examinis falsa protulerit, nequit propterea tanquam perjurus in foro externo puniri, nec ob torturam sit infamis infamia Juris, aut facti. Clar. & alij, Hæc omnia gesta ante, in, & post torturam Notarius diligenter, & sincerè in Acta referet. Nec pluribus de hac materia amplissima differo, cùm in nostris partibus vix unquam deveniat ad torturam Clericorum & Religiorum.

## Actus X. Sententiæ à Judice ferendæ.

I P Rælatus absolutō processu offensivō, & defensivō, non tenetur præmittere *conclusionem in causa*, interrogando partes, an ulterioribus renuncient., cùm Conclusio ista spectet ad apices Juris Clem. 2. de V. S. sed etiam accingere se potest ad ferendam sententiam, observando sequentia :

I. Sententia non potest validè fieri, nisi

• 8 ) ( 9 ) / 80

nisi formatō & præmisō processū fal-  
tem summariō, & etiam in delictis no-  
torijs. Ita omnes. Nam Prælatus de-  
bet sententiam ferre ut Judex, seu ex  
notitia publica, sine processu autem nō  
habet notitiam publicam, quæ hauritur  
ex allegatis & probatis. Unde necesse  
est, ut prius vocaverit Reum ad sui de-  
fensionem, sicut suprà dictum, cùm e-  
tiam in notorijs locus esse possit defen-  
sioni, ut si quis notoriè occidit, forsan  
potest se defendere, quia eō tempore  
furiosus fuit, vel occidit ad tutelam  
sui corporis. Et sic intelligendum est  
**C. 21. de Jure rej**, quod : *In no-  
torijs non sit ordo judiciarius obser-  
vandus, puta plenarius, licet sum-  
marius de Jure naturali debeat, nē  
præpostere sententia feratur, Reo in-  
auditō.*

2. Prælatus mature discussō processu,  
si Reus per duos testes idoneos, seu o-  
mni exceptione maiores convictus est,  
licet non sit confessus, procedit ad con-  
ficiendum in lcriptis decretum senten-

(92) (S)

tix condemnatoriz exprimendo in illa  
pœnam delicto statutam secundum Re-  
gulas & Constitutiones suæ Religionis,  
vel his deficientibus secundum Jus cō-  
mune, vel si nullô Jure pœna sit taxata,  
infligit pœnam arbitrariam delicto pro-  
portionatam. Plerumque autem Præ-  
latus, præsertim si potestatem habeat ex  
iusta causa dispensandi in Constitutioni-  
bus, sicut apud nos, mitigare solet pœ-  
nam ijs, qui delictū spōtē confessi sunt,  
& humiliter se subjecerunt correctioni  
cum notabili proposito emēdationis, vel  
qui primā vice ex fragilitate & vehe-  
menti passione deliquerunt. E contra  
rigor Juris obſervandus, imò quando-  
que exasperandus est contra eos, qui de-  
liberatè, pertinaciter, frequenter, vel  
cum relapsu aut recidiva post punitio-  
nem graviter peccaverunt.

3. Confectâ lentiſtiā Prælatus citat  
Reum ad illam audiendam, ( nisi forſan  
gravissima cauſa suaderet lentiſtiā in  
cærce prælegendam ) eoque præſente  
idem Prælatus ſedens vel ſtans, per ſe  
de

(93)

de Jure communi , vel per Notarium  
de consuetudine, totam sententiam præ-  
legit priùs exprimendo delictum, vel  
delicta, deinde subdendo pœnam, an-  
num, diem. Non refert autem, an sen-  
tentia à Prælato feratur de die, vel de  
nocte, an die juridico, seu non feriatô,  
an verò feriatô, licet ob reverentiam diei  
festi convenientius non esset ferenda ,  
nisi die feriatô : Item an sententia  
constet certis formulis v.g. in principio:  
*In nomine Christi, vel Domini amen.*  
& in fine : *lecta & publicata* &c. Nam  
hæc omnia sunt de apicibus Juris, adeo-  
que non stringunt Judices Regulares.  
Debet autem Prælatus Regularis vel No-  
tarius, vel uterque subscribere senten-  
tiam, non quidem ad ejus substantiam,  
quia etiam sine tali subscriptione vale-  
ret, sed ad faciliorem probationem, cu-  
jus causâ etiam sigillum Prælati solet ap-  
poni. Quodsi delicto annexa est Cen-  
sura excommunicationis, vel alia, abso-  
lutio ab illa, cùm debeat esse judicialis,  
exprimi debet in sententia ante conde-  
mnatio-

18) (94) (80)  
mnationem, uti & dispensatio in irregularitate, si quam Reus incurrit. Formula sententiaz pro casu, quo Religiosus profugit animo vagandi, & in fuga temere habitum dimisit, & Sacrum fecit, potest esse hæc brevissima:

*In nomine Domini Amen.*

Nos NN. Religionis N. per Provinciam N. Provincialis, Diligenter per pensò processu offensivò, & defensivò in causa N. Religionis nostræ Sacerdotis, qui tanquam fugitivus vagatus est per mensēm, in fuga vestitum Religionis dimisit, & assumptò sacerlari, ter Missam fecit (hic addi potest, non tamen necessariò debet causa movens ad condemnationem v.g. quæ omnia, vel quia hæc omnia delicta iuridice de illo probata erant; vel ipse, legitimate interrogatus, confessus est) imprimis absolvimus illum a vinculo excommunicationis quam incurrit propter temerariam dimissionem habitus Religiosi, & dispensamus cum illo in irregularitate, quam contraxit violando

(95)(96)

de Censuram, seu in Excommunicati-  
one faciendo Missam; deinde conde-  
mnamus eum ad pœnam (hic exprimi-  
tur certa pœna à Religione taxata)  
Actum in Domo Nostra N. anno Do-  
mini, die mensis.

V.G. Titius Provincialis &c.  
Lata, lecta, & publicata fuit hæc sen-  
tentia præsente dicto Reo in loco v.g.  
in Residentia seu Camera residentia  
Provincialis.

Lucius Secretarius seu  
Notarius de mandato.

Fuliores formulas recensent Scriptores  
Regulares Bordonus in *Praxi Crim.* c.  
100. Ant. à Spir. S. &c. Sed hæc, qui-  
buscunque verbis fieri possunt, dummo-  
do substantialia exprimantur, sicut in  
sententia condemnatoria debet expri-  
mi delictum, condemnatio, & pœna,  
& si opus est, absolutio à Centuris, vel  
dilpenlatio in irregularitate. Si vero  
Sententia est absolutoria, exprimi de-  
bet delictum, & absolutio, causa au-  
tem, seu motivum condemnandi, aut  
absol-

(96) (50)

absolvendi utiliter quidem exprimitur,  
non tamen necessariò, cùm tacitè insit,  
neque ullo Jure præfertim in Judicio  
Summario exprimi præcipiatur.

## Aëtus XI. Appellationis à Sententia.

**S**I Reus aquiescit sententiæ latæ, dāda est execuþoni, & poena à Reo sustinenda. Si verò sententiæ injustè gravat Reum, & is ad majorem Judicem appellat, Judex defetere debet appellatiōni, circa quam seqq. notanda erunt :

1. Regulares in causa correctionis, & disciplinæ Religiosæ non possunt appellare, dum scil. Superior secundūm statuta mortificationes, & alias Pœnitētias injungit, non potestate judiciali, sed paternâ, aut Dominicâ idque ad conservandam disciplinam Regularem. Itâ  
c. 3. de apell. ubi ratio præmittitur :  
*Quia remedium appellationis non ideo est inventum, ut alicui à Religionis ordinis obseruantia exorbitanti, debeat*

*debeat in sua nequitia patrocinium exhibere.* Sic præter alia Jura graviter & omnino appellations istas prohibet Trid. S. 13. C. I. S. 24. C. 10. de Refor. adeoque non obstante quacunque appellatione, Prælatus ad correctionis regularis executionem procedere potest, & debet, ut si subditus non comparet in communibus exercitijs Spiritualibus, si officium suum non exequitur &c. & Prælatus ei injungit poenam à Religione taxatam: Tunc enim subditus eam exequi tenetur, non obstante quacunque appellatione, utpote irrationabili, cum iniquitatis redarguat Regulam, aut SS. Canones. Excipe, nisi Superior in corrigendo excedat modum à Regula, vel SS. Canonibus præscriptū, tunc enim ab eo ut injustè gravante licet appellatur, ut si pro pena unius jejuniij, infligeret pœnam duorum, vel trium jejuniorum Trid. cit. S. 13. C. I. de Reform. in hac autem appellatione exprimi debet quod Superior in corrigendo modum excesserit, ut Judex appella-

G t<sup>o</sup>n<sup>o</sup>is

• 18) (98) (S)

tionis cognoscat appellatum esse in ca-  
su permisso. Cæterum Prælati est di-  
scernere pœnas à Regula statutas , sal-  
tem ex subjecta materia , quæ scil. pœ-  
næ infligendæ sint ex potestate paterna,  
aut Dominica, & quæ ex potestate Ju-  
diciali, nè forsitan per imprudentiam, aut  
indulcretum zelum , tanquam Pater in-  
fligat pœnas , quas infligere non potest,  
nisi ut Judex.

2. Subditus Regularis à sententia ju-  
diciali Prælati appellare non potest, nisi  
in gravamine notorio, & manifestè in-  
justo, neque sufficit gravamen dubium  
Ità com. Scriptores Regular. Nam  
si Prælati puniant delinquentes secun-  
dùm suam Regulam, tam Jus commune  
c 3. & 26. de *Anell.* quām variæ Consti-  
tutiones Pontificiæ Regularibus con-  
cessæ, prohibent omnem appellationem,  
utpote frivolam , cùm Regula , & Jus  
præscribens pœnas non gravet , ergo.  
Tunc autem censetur esse gravamen no-  
torium , dum Prælatus delicto infligit  
graviorem pœnam , quām sit à Regula  
taxata,

(99)

taxata, v. g. carcerē quadrimestrē, locō  
trimestris, vel si infligat abstinentiam bi-  
duanam à cibo, & potu, quia hæc pœna ir-  
rationabilis est, & moraliter impossibilis,  
puta per duos dies pane & aquâ carere,  
cūm etiam per unum diem carere panē  
& aquâ, sit pœna satis crudelis. Quia ve-  
rò Prælati Regulari, quib⁹ cordi est justitia,  
& paterna charitas, non facile excedunt in  
pœnis, ideo vix unquam locus erit appella-  
tioni ab eorum sentijs, sive definiti vis,  
sive interlocutorijs, nisi interlocutoria  
contineret gravamen notorium per defi-  
nitivam irreparabile, sicut de carcere dici-  
tur declarasse S. Congr. si scil. aliquis per  
interlocutoriam esset incacerandus in  
casu, quo Regula carcerem non præscri-  
bit, vel non adest causa de Jure suffici-  
ens ad incarcerationem.

3. Forma in Appellationibus Regulari.  
consistit in seq. 1. Reus de Jure com-  
muni intra decem dies appellare debet,  
quibus elapsis expirat fatalia appellatio-  
nis interponendæ, & sententia transit  
in rem judicatam. Quia verò per Clem.

100

2. de V. S. appellationes dilatoria non  
sunt observandæ in judicio Summario,  
poterit Prælatus terminū istum restrin-  
gere ad duos vel tres dies, hi enim suf-  
ficiunt homini Religiōto ad deliberan-  
dum an appellare velit, nisi causa gra-  
vissima aliud exigeret. 2. Reus volens  
appellare, exprimere debet causam le-  
gitimam saltē in genere v. g. *Appello,*  
*qua Prælatus excessit modum in me*  
*puniēdo* alioquī sinē tali causa Prælat⁹  
non deferet appellationi, utpote frivo-  
læ, & frustratoriæ. 3. Petuntur Apo-  
stoli, seu literæ reverentiales ad majo-  
rem Judicem, & quidem gradatim à  
Prælato locali ad Provincialem, ab hoc  
ad Generalem, tum ad Protectorem, S.  
Congregationem, & tandem ad Papam.  
Ità decrevit S. Congr. teste Lezana, &  
aljs. Et licet ad Papam immediate ap-  
pellari possit, in cæteris tamen servan-  
dus est ordo præscriptus utpote confor-  
mis Juri. Si Legati à latere, aut Nun-  
tij Apostolici habent specialem audiendi  
caulas Regulariū facultatē, potest quidē ad  
illos

• 8 ) ( 10 ) ( 8 •

Ilos appellari, sed non immediate, benè  
verò servatō ordine, ut primū à Gene-  
rali ad eos appelletur, nisi fortan & hanc  
potestatem haberent, ut immediate ad  
eos appellari possit, quo sensu vera est  
fententia Donati concedentis hanc im-  
mediatam appellationem. Appellare au-  
tem ad Tribunalia Sæcularia prohibe-  
tur Regularibus sub excommunicatione.  
Papæ reservata, ut ex varijs Bullis Pon-  
tificum refert Peyrin. 4. Tandem Præ-  
latus tanquam Judex à quo determinat  
appellant tempus sufficiens, intra quod  
Apostoli præsententur Judici ad quem,  
atque ita appellatio introducatur, con-  
gruō tempore finienda, scil. intra an-  
num, quod tamen tempus est hodie fe-  
rè arbitratum. 5. Regulariter loquen-  
do Religiosus non potest appellare rea-  
liter, puta exeundo de clauistro, & re-  
currendo ad majorem Superiorem, sed  
ita profugus tanquam defortor sui in-  
stituti puniendus est. Trid. S. 25. c.  
4. de Regular. quod maximè proce-  
dit, si jam grevamen est illatum & to-  
leratum-

(102)

leratum, quia tunc contra Superiorem,  
qui gravavit, suppetunt ordinaria re-  
media Juris, At si gravamen est in-  
justum supra modum, primò inferen-  
dum, quod aliter evitari nequit, nisi  
per recursum ad Superiorem, excom-  
muni sententia, recursus iste est per-  
missus, cùm Jus naturale concedat cui-  
libet injustum gravamen quôquô mo-  
dô declinare, utproinde de hoc casu nō  
procedat Tridentinum. Et hæc de Or-  
dine Actuum judicialium in Processu  
Criminali Summario, quô utinam in  
Religiosis Familijs nunquam opus fit.

### §. V.

#### De Poena Ejectionis ex Reli- gione.

**I**N ejectione Religiosorum ex Ordine  
servandum est Decretum S. Congre-  
nis Concilij authoritate Urbani VIII. e-  
ditum, incip. *S. Congregatio Cardd.*  
*die 21. Sept. 1624.* cum moderamine  
Innocenij XII. Const. 113. incip *Instan-*  
*tib⁹*

• 8) (103) (50)  
tib⁹ Procuratoribus die 24. Julij 1694.  
Quamvis autem multi Scriptores dicant  
Decreta ista in certis Provincijs non es-  
se usū recepta, uti nec decreta Clem.  
VIII. & Urbani VIII. de Reformatione  
Regular. quod ego hic non disputo, ta-  
men in Religione nostra, uti & in hac  
Provincia, Decreta ista ut præscribitur,  
annuatim apud nos leguntur, & obter-  
vari jubentur. Hic non omnia, sed præ-  
cipua dubia circa ejectionem resolven-  
tur.

I. Nullus Religiosus Professus ejici  
potest, nisi ob solam causam incorrigi-  
bilitatis, quæ de Jure communi consi-  
stit in hoc, quod Religiosus grave delictum committens post trinam admo-  
nitionem, & correctionem Superiorum  
se non emendedet. Ità co[n]c. DD. ex  
c. 10. de judic. c fin. de statu Monach.  
Unde per cit. Decr. revocata sunt pri-  
vilegia Regular. concedentia ejectionē  
ob unum gravius delictum, ut homici-  
dium, furtum, apostasiam à Religione  
&c. sed ad minus requiritur ut delictū  
ter

(S) 104) (S)

fit comissum, & semper correctum cū  
monitione Rei. Parum autem refert,  
an Religiosus relapsus sit in idem deli-  
ctum, an verò in aliud grave, aut gra-  
vius, genere, aut specie diversum. arg.  
c. 35 de sent ex cor. ibi: ad similia,  
vel pejora. Insuper S. Bonav. q. 14.  
*Super Regular S. Francisci*, & cum eo  
Rodriq. Sanch. Reiff. & alij requirunt,  
ut delicta ista sint publica non solum in-  
ter Fratres, sed etiam inter sacerdotes,  
itā ut delinquens sine infamia nota nō  
possit in ordine retineri. Sed quia præ-  
sumptio justitiae stat pro Judice Regu-  
lari ejiciente, alij Doctores hanc publi-  
citatē conditionem non requirunt,  
cū id nullo Jure statuatur.

2. De Jure speciali *Decreti* §. ad hæc.  
ad incotrigibilitatem requiritur, ut Reli-  
giotus unius anni sparsò in jejunio, &  
penitentia probetur in carceribus, &  
si non resipuerit, tandem ejici possit.  
Hæc dispositio limitata est per Innoc.  
XII. cir. Const. § 2. ubi annus incar-  
cerationis reducitur ad sex menses con-  
tinuos,

§(105)§

tinuos, & hoc Jus novum hodie obser-  
vandum est. Porrò cùm Pontifices ge-  
neraliter dicant incarceratum mortifi-  
cari debere in jejunio, & pœnitentijs ,  
arbitrio Superioris relinquitur determi-  
nare jejunia , & alias mortificationes ,  
ut cilicia, disciplinas, humicubationes  
&c. Et quia in Religione nostra bis  
intra septimanam servatur jejunium ab  
omnibus, incarcerato superaddi potest  
tertium, etiam quandoque in pane, &  
aqua, licet Decreto Pontificio satisfie-  
ret per jejunium Ecclesiasticum saltēm  
bis in hebdomade toleratum.

3. Judices in causis Regulariū incor-  
rigibilium ad effectum ejectionis ex cit.  
*Dicitur:* §. elapsō sunt Generalis, & sex  
Patres graviores eligendi in singulis Ca-  
pitulis Generalibus, at de Jure novo ex  
cit. *Const. Innocētiana* §. 3 potestas ista  
extenditur ad Provincialem, & sex gra-  
ves Patres à Capitulo Provinciali ele-  
ctos, & à Generali confirmatos, qui in-  
corrigitibiles suæ Provinciæ ejicere pos-  
sint accedente approbatione Generalis.

Notant

(106) (§ 6)

Notant autem hic DD. quòd qualitas  
*gravitatis* in dictis Patribus requisita,  
non intelligatur de Patribus in Religio-  
ne Senioribus, sed potius de illis, sive  
Seniores, sive juniores sint, qui præstant  
Scientiâ Canonica & juridicâ circa pro-  
cessus Criminales, cùm causa ejectionis,  
utpote gravissima, magnam exigat cau-  
telam, nè ullus defectus in processu  
committatur. Porrò sex isti Patres eli-  
gendi sunt capitulariter, seu à Capitulo  
etiam vivâ voce, cùm in hac electione  
non sit necessariò servanda forma C. 42.  
*de Elec. & Trid. S. 25. c. 6. de Regu-  
lar.* quæ pro electione ad Superioratū  
præscribitur.

4. Sex dicti Patres in judicio ejectio-  
nis habent votum decisivum, seu juris-  
dictionem communiter cùm Generali,  
vel Provinciali, ut nec illi sinè isto, nec  
sinè illis procedere possit. Nam hæc  
forma præscribitur in *cit. Decret.* Urba-  
ni VIII. & Conſt. Innocentij XII. & u-  
trobique copulativa ponitur : *de con-  
ſilio, & assensu*, adeoque si septem isti  
Judices

Judices discordant, prævalebit major pars. Jam si aliquis horum sex Patrū moriatur, Generalis, vel Provincialis nō potest in locum ejus alium substituere, ut respondit S. Congr. sed recurri debet ad eandem S. Congr. Quia verò recursus iste quandoque est difficilis, suadent Scriptores Regular. ut in Capitulo elegantur etiam duo substituti, qui vices defunctorum supplere possint; vel ut Capitulum Generale Patri Generali, & Provinciale P. Provinciali deleget facultatem eligendi alios in locum defunctorum. Hoc posterius non audeo approbare, cùm notabiliter immutet dispositionem Pontificiani circa electionem horum Conjudicū à Capitulo faciendam.

5. Praxis hujus judicij consistit in seq.  
1. Constatre debet, quod Religiosus binis vicibus deliquerit, & bis correctus ac monitus fuerit cum, vel sinè processu, jam circa tertium delictum necessariò faciendus est processus. 2. Plenè probatō delictō, Reoque auditō, Generalis,

• 108 •

ralis pronunciat sententiam interlocutoriam (definitivam enim non potest adhuc pronunciare, cum stante Jure novo non constet de incorrigibilitate ante semestrem carcerem) quod Reus conjicendus sit in carcerem ad effectum probandæ incorrigibilitatis. Reo constituto in carcere, Custos carceris diligenter observat, an jejunia, & poenitentias sibi à Superiori determinatas adimpleat. Imò expedit, ut Superior quandoque ad incarcерatum mittat graves Viros, ut explorent inclinationem illius. Et quidem si incarcерatus indignè ferat jejunia, & alias poenitentias, prorumpendo in verba maledica, iræ, & impatientiæ significativa, & multò magis si finito carceris termino ipse confiteatur se esse incorrigibilem, tunc ex his, vel propriâ confessione habendus est pro incorrigibili. Si verò patienter, & humiliter carcerem cum poenis sustineat, interim prælumitur emendatus, quæ præsumptio cessat, si libertati restitutus rursum in grave delictum cadat, quia tunc apparret emendationem

(109)

tionem non fuisse seriam, sed simulatā,  
adeoque sinē iteratō carcere habendus  
est pro incorrigibili, ex com. DD. quia  
Pontifices duplēm incarcerationē non  
præscribunt, cūm delictum post tolera-  
tos carceres commissum relativē ad  
priora, sufficiens sit ad indicandā incor-  
rigibilitatē, & cōsequēt. ad pœnā ejecti-  
onis. 4. Elapsō semestrī carceris ter-  
minō, si Reus inveniatur incorrigibilis,  
processus plenē perficitur cūm declara-  
tione incorrigibilitatis, & infligendæ e-  
jectionis. 5. Interim citatur Reus, ut  
se defendat, & respondeat, an justam  
caulam habeat, ob quam non debeat  
declarari incorrigibilis, & condemnari  
ad ejectionem. 6. Tandem si nullam  
justam caulam alleget, fertur sententia  
definitiva ejectionis, *sālvā sēmper San-  
ctae Sedis, & S. Congregationis Con-  
ciliū in casu recursūs, & appellationis*  
*authoritate. cit. Const Innoc.* Latā  
sententiam Prælatus Ordinario loci no-  
tificat, cuius etiam jurisdictioni ejectus  
subjicitur. Quia verò *in cit. Decr* sat  
clarè

50 (110) 50

clarè non determinatur Ordinarius, cō-  
muniter dicunt DD. in arbitrio ejecti  
esse eligere sibi Ordinarium, cui subda-  
tur figendo domicilium, & ad talem Or-  
dinarium Superior sententiam ejectio-  
nis transmittet.

6. An ejectus ipsō Jure suspensus sit  
ab exercitio Ordinum, valdè dubium  
est? Affirmant nonnulli, alij negant, ut  
Sanchez. Pelliz. Ant. à Spir. S. &c. dicen-  
tes Ejectum non aliter suspensionem esse,  
nisi pœna suspensionis in sententia eje-  
ctionis exprimatur. Nam verba decre-  
ti : *sint perpetuò suspensi ab exercitio  
Ordinum*, utpote in futuro concepta,  
significant suspensionem ferendæ sentē-  
tiæ. Item datō non concessō , quod  
verba ista significant suspensionem latæ  
sententiaæ, tamen suspensio ista non in-  
curritur, nisi infligatur per sententiam:  
Nam ex cōmuni, & certo consensu Ca-  
nonistarum, & Theol. nulla pœna vindicativa,  
etsi ipsō Jure lata sit, in effectu o-  
bligat, nisi post sententiam Judicis, sed  
suspensio ista est pœna vindicativa : nō  
enim

enim fertur ut censura propter contumaciam, sed ut poena perpetua propter incorrigibilitatem, ut de se patet, ergo nisi exprimatur in sententia, non obligat Ejectum quod minus Missam facere, & alios actus Ordinum exercere possit. Unde, nisi Regula contrarium statuat, vel gravitas delictorum id expolcat, ut Prælatus suspendat Ejectum, suadere quandoque potest cõmiseratio suspensionem istam non ferri, ne ejectus pane sustentationis careat, & in opprobrium statu Clericalis mendicare, aut furari cogatur, præserti si regressus in Religionē sit difficilis. Videntur quoque Superiores posse relaxare dictam Suspensionem, cum soli Ordinario prohibeatur ejus relaxatio. Quod maximè procedit in illis Provincijs, ubi Decreta ista vel non sunt usu recepta, vel saltēm non cum tanto rigore. Confirmat idipsum Ant. à Spir. S. Tr. 3. disp. 6. Sect. 7. §. 9. ex usu communī, vi cuius Ejecti Ordines exercent, hunc tam en usum allegare nō possum in nostris Provincijs, ubi ejjectiones

(112) (56)

ones Religiosorum sunt rarissimæ.

7. Religiosus ejectus non sit sui juris, ut pro placito suo manere possit in lœculo, sed in conscientia tenetur se emendare non solum modò generali, sicut quilibet peccator, sed modò speciali ad effectum receptionis. Ita hodie communis & vera sententia contra Navarrum, & antiquiores, qui ante Decretum Urbani VIII. scripserunt, quibus etiam adhæsit Bordonus, sed quod perperam tenuit, retractavit dicens sententiam nostram communē esse omnino certissimam. Nam juxta fin. de Regular. innovatum ab Urbano VIII. Prælati Regular. tenentur fugitivos & ejectos annuatim perquirere, & per Cēsuras adigere ad redeundum ad Religionem (salvō moderamine Urbani VIII. circa literas, emendationis testes, ab Ordinario ferendas) quæ potestas prorsus esset inutilis, si Ejectus fieret sui juris, & in conscientia non teneretur redire ad Religionem. Nec obstat futile argumentum, quod ejectus accommodare se possit,

• 8 ) ( 113 ) ( 50 •

fit, & parere sententiæ Judicis : nam  
sententia ejectionis de Jure antiquo, &  
novo tacitam habet conditionem, *Do-*  
*nec te emenda veris, & dignum red-*  
*dideris iteratâ susceptione.* Excipe,  
nisì Ejectus sinè gravi scandalo, & in-  
commodo recipi non posset in eadem  
domo , vel in eadem Provincia ,  
tunc enim in alio Collegio vel Pro-  
vincia ejusdem Ordinis collocandus es-  
set ex dispositione *cit. c. de Regular.*  
Redux autem Ejectus retinet locum suæ  
professionis , nisì per sententiam illō  
Ipoliatus fuisset, vel nisì Regula contra-  
rium quid statuat.

## §. VI.

### De Pænis Apostatarum, & Fugi- tivorum.

**A**Postata propriè est ille , qui sinè  
licentia Superiorum recedit à Re-  
ligione animô nunquam redeundi, sive  
retineat sive deponat habitum. *Fu-*  
*gitivus est*, qui sinè licentia Superio-

H                      rum

114) (5)

rum exit è Collegio animô vagandi tantùm, & iterum redeundi, sive id faciat retentô, sive dimissô habitu. Hodie ex Concilio Trid. S. 25. C. 4. de Regular. pro fugitivis habentur etiam illi, qui sinè licentia Superioris recedunt prætextu accedendi majores Superiores, vel Sedem Apostolicam ex Const, 7. Sixti V. incip. *Cum de omnibus.* & alia incip. *Ad Romanum spectat.* quia verò in his mentio fit gravaminum à Superiori illatorum, non autem injuste inferendorum, communis DD. habet, Religiosum non haberi pro fugitivo, qui ad majorem Superiorum abit ex causa declinandi gravamen notoriè injustum primò inferendum, & non reparabile, quale etiam est injustus carcer, ut fertur declarâsse S. Congr. Hoc tamen casu expediet, ut abire volens coram duabus gravibus Patribus hanc causam abundi exprimat. Jam

i. Apostatax, & fugitivi ipsô factô incurruunt excommunicationem, non tamen priùs, nisi depositô habitû. Ità

C.

(115)

C. 2. ut periculosa Nè Clerici, "vel  
Monach in 6. At si retineant habitum,  
& quamdiu illum retinent, nullam pœ-  
nam de Jure communi incurunt, ut  
communis docet Canonistarum contra  
paucos, qui non finè magna violentia  
*cit.* C. 2. extendunt ad fugitivos hábi-  
tum retinente : nam in d. c. excom-  
municatio fertur tantùm in eos, qui fu-  
giunt dimissô habitû, aut accedunt fo-  
ris ad studia literarum finè licentia Præ-  
latorum. Hæc autem Constitutio, ut  
pote pœnalis non est extendenda ad  
casum non expressum. per *reg. odia.*  
*in 6.* Nec obstat Const. Pauli. IV. incip.  
*Postquam Divina. 13. Cal. Aug. 1558.*  
nam reducta est ad terminos Juris cō-  
munis à Pio IV. Const. *Apostolica 3. Nō*  
*Sept. 1560.* & aliunde in ipsa non agi-  
tur nisi de Apostatis qualificatis cum  
conditionibus ibi expressis. Aliam Cō-  
stitutionem, quæ Apostatis aut fugitivis  
habitum retinentibus Excōmunicationē  
infligat, hactenus non inveni, nec censeo  
in his pœnalibus extensiones esse faci-

(116)

endas à particuliari concessione, si quibus aliquando facta est.

2. Apostata, & fugitivus non gaudet privilegijs sui Ordinis. Trid. S. 25. C. 19. de Regular. & in apostasia ordinem suscipiens, manet suspensus c. fin. de Apost. Ex sola autem apostasia non fiunt irregulares ad ordines, sed tantum secundū quid, nè in apostasia ordinari, aut Ordines in apostasia susceptos exerce possint. can. fin. d. 50. Tande qui sinè speciali licentia Generalis, vel Provincialis, aut Protectoris Romam profici scuntur, biennio privantur voce activâ, & passivâ ex Decreto Clem. VIII. & Urbani VIII. Reliquæ poenæ Apostatarum & fugitivorum defumendæ sunt ex statutis cujusque Religionis. Sic apud nos privantur loco professionis, intellege post sententiam Judicis, & nisi taliter per triennium religiosè vixerint, non sunt promovendi ad officia honorifica ut Concionatorum &c. ut respondit Capitulum Generale an. 1712. Qui noctu de clauistro furtivè exeunt, gravi-

ter

(117)

ter quidem peccant, & vi Decreti Cle-  
mentini apud nos casum retervatum in-  
currunt, non tamen sunt ipsô factô ex-  
communicati, nisi depositô habitû va-  
gentur, nam talis exitus speciem habet  
fugæ, ergo si habitus deponatur, locus  
erit excommunicationi C. 2. N. e Clerici.  
in 6. Cæterum pro Apostatis, & fugi-  
tivis usitata apud Regulares poena est car-  
cer, ut, qui per exitum libertatem quæ-  
fierunt, per carcerem libertate priven-  
tur.

Præcipitur autem ut illos Protectores  
Ordinū Generales, ad proprias Provicias  
remittant, qvia sic statuit Sixtus V.  
Clem VIII. In decretis pro Regulariū  
Reformatione, ut scil. ab illis Superi-  
oribus à quorum Obedientia se subdu-  
xerunt, & in loco in quo deliquerunt  
debitas poenas luant.

### §. VII.

#### De Pæna Incarcerationis.

**C**Arcer importat locum privativum  
libertatis ad certa exercitia mem-  
H 3 brorum

brorum corporalium, attamen finè vi-  
olentia membris adhibita, qualis est ligati-  
one, & finè custodia viva, qualis est  
in captivazione, aliquando tamen omnia  
ista tria concurrunt, ut si carceratus cō-  
pedibus constringatur, & ab hominibus  
custodiatur. Is proinde dicitur propriè  
carceratus, qui potestatē physicam,  
seu naturalem non habet ad exeundū,  
& ità etiam propria cella, seu cubiculū  
Religiosi potest ei esse carcer, si obser-  
tur, seu ità claudatur, ut Religiosus indè  
pro placito exire non possit. E contrà  
si Superior præcipiat Religiosum mane-  
re in cubiculo, non auferendo ei pote-  
statē physicam, libertatem ad ex eun-  
dum, sed tantùm restringendo potesta-  
tem moralem, nè licet exire possit,  
cubiculū hoc casu non est carcer. Por-  
rò licet de Jure Civili carcer non sit  
pœna, sed custodia l. 8. §. 9. ff. & l. 6.  
**C. de pœnis.** tamen de Jure Can. Car-  
cer non tantùm est ad custodiam, sed  
etiam ad pœnam vindicativam c. 3. de  
pœn. in 6. c. 35. de sent. excom. Cùm  
enim

(119)

enim SS. Canones non possint inflige-  
re pœnam mortis , vel mutilationis ,  
nè crima manerent impunita,in locum  
harum pœnarum suffectus est carcer, de  
quo hic breviter.

1. Carcer Ecclesiasticus pro Clericis,  
& Regularibus non debet esse squalidus,  
subterraneus, folidus, aut corporis af-  
flictivus, sed decens, lucidus, & conve-  
niens qualitati criminis, & personarum.  
Ità omnes, & Trid. S. 25. c. 6. de re-  
for. ibi : *In omnibus autem casibus ea*  
*ratio habeatur, ut juxta qualitatem*  
*delicti ac personarum, delinquentes*  
*ipſi in loco decenti custodiantur.* Nā  
valdè indecens & crudele est, ut Cle-  
rici & personæ Deo sacræ per tetros car-  
ceres magis crucientur quam ipsa mor-  
te, cum tamen mitius cum ijs agendum  
passim Jura admoneant. Unde si Præ-  
latus in qualitate carceris excedat, pro-  
culdubio ex communi sententia Excō-  
municatioē Canonis non evitabit *arg.*  
*c. 15. de sent. excom.* Si verò delictū  
sit

(120)

fit valdē atrox, carcer aliō modō exasperari poterit, scil. ut incarceratus plerumque *pane doloris*, & aquā angustiæ sustentetur c. 17. in fin. de V. S.

2. Carcer apud Regulares est pœna valde gravis, dedecorata, & pariens damnum irreparabile in fama & honore. Ità com. DD. ex plurimis Juribus, quæ carceris pœnam non infligunt nisi pro delictis gravibus & atrocibus; pœna verò perpetui carceris tunc solum habet locum, quando patratum est delictū, cui de Jure Civili debetur ultimū supplicium, non qualemunque, sed qualificatum, ut ignis, rotæ, lacerationis membrorum &c. arg. c. pen. & ult. de Harret. Unde ad pœnam carceris lentè, & maturè festinandum.

3. Prælatus non potest infligere pœnam Carceris, nisi ex potestate judiciali, scil. plenè probatō delictō gravi, & enormi, uti est homicidium, Simonia, apostasia, furtivus nocturnus exitus de Domo, delicta carnis &c. Nam tanta pœna non substat potestati pater næ,

næ, aut Dominicæ quæ privata est, sed  
potestati publicæ jurisdictionali, quam  
Prælatus exercet in suos subditos, ut  
clarè colligitur ex c. 15. de sent. excom.  
adeóq; ut infligat carcerem, necesse  
est delictum sit grave plenè juridicè pro-  
batum, secùs incarceratio erit injusta, &  
cōlequētr tā Prælatus præcipiens, quām  
alij exequentes, ut Reum capientes, &  
ducentes ad carcerem, incurruunt excom-  
municationem Canonis, utpote violen-  
tas manus injicientes in Clericum, seu  
Religiousum justè non condemnatum, e-  
tūmque violenter detinentes. Sie Con-  
stitutio nostra SS. Canonibus omnino  
conformis assignat P. i. C. ii. pœnas,  
& mortificationes, quas Superior ex po-  
testate privata, seu paterna injungere  
potest pro culpis quotidianis, non ta-  
men ibi ponit *Carcerem*, quia scil. iste  
infligi nequit, nisi per sententiam con-  
demnatoriam, quō sensu intelligenda  
sunt quæcunque Statuta nostra, quæ cer-  
tis delictis pœnam carceris decernunt.  
Porrò quia Superior localis apud nos  
(quod

( quod etiam apud plerosque Regular.  
obsevatur. ) non potest processus cri-  
minales facere contra nostros inconsul-  
tō Provinciali juxta *Congr. General.*  
1637. n. 14. sequitur, quod sine facultate  
Provincialis nec incarcerare possit sub-  
ditum poenæ causâ, cum talis incarce-  
ratio sequi debeat ad processum judici-  
arium. *Excipe* 1. si processus inchoa-  
tus est per viam denunciationis, vel in-  
quisitionis specialis, & saltēm semiple-  
na probatio est contra Reum, tunc e-  
nim Superior illum incarcerare potest  
custodiæ causâ, sed in eo tantum casu,  
quo periculum est fugæ, vel quo justa  
causa suaderet talem incarcerationem.  
*Excipe* 2. si Reus inventus est in fla-  
granti crimine, & suspicio est, ne fugi-  
at, tunc enim necessitas suadet, ut Su-  
perior interim in moderata custodia e-  
um attineat, donec Provincialis confu-  
latur. At si nullum periculum sit fugæ,  
vel alterius gravis incommodi, non li-  
cet Reum incarcerare, cum custodia ta-  
li casu non sit necessaria.

4. Justè carceratus tenetur in conscientia manere & non fugere, cùm justo præcepto Superioris obedire debeat. Similiter Custos carceris dimittendo carceratum, vel ex commiseratione deferendo ei alia fercula & pòcula ijs diebus, quibus jejunare tenetur v. g. in pane & aqua, peccat graviter, quia violat præceptum Superioris in re gravi. Cæterum quia afflictio afflito non est addenda, incarcerati humaniter & filialiter tractandi sunt & à fratribus quos Superior determinaverit visitandi, nisi ob certas causas visitatio prohibeat, uti durante processu, nè fiat subordinatio testium.

5 Sacerdos carceratus, si in poenam delicti non est suspensi ab exercitio Ordinum, ostensis seriæ poenitentiæ indicis, regulariter à Superiori admitti potest ad celebrandum Sacrum saltèm in privato Oratorio. Tum quia hoc nullò Jure prohibitur; tum quia carceratis, cùm censurati non sint Sacra menta & spiritualia subsidia non sunt deneganda.

Sic

Sic videmus in Carceribus Episcopalib⁹  
privata dari Oratoria, in quibus Clerici  
ſeculares Divina faciunt, vel audiunt.  
A fortiori diebus Dominicis, & festivis  
Prælatus potest, imò regulariter debet  
carceratos mittere ad Missam audiendā,  
eūm salvā pœnā carceris, præceptum de  
audiendo Sacro impleri possit; Nec  
puto contrarium statui in aliqua Religi-  
ōne, quia attentō curſu ordinariō nō  
apparet unde cohonestaretur simile ſta-  
tutum. Paritas à Laicis incarceratis nō  
eft ad rem, quia his, nè beneficio azylī  
evadant careeres, non admittitur in gref-  
sus in Ecclesiā, quæ ratio ceſſat in Re-  
ligiosis. Excipe, niſi diſiſſio è carcere  
cauſaret gravia mala, ut ſcandala, homi-  
cidia &c.

## Aetus XII. De Methodo Pro- cessus formandi brevi.

### §. I.

I. **Q**ualiter Procedendum fit in Pro-  
cessu seu inquisitione gene-  
rali

(125) (5)

rali quoad delicta & Personas alicujus loci, & speciali quoad certum delictum, & Personam aliquam? Sic præfertur. Nam si ad aures Prælati veniat qvod in aliqua domo aliqui particulares Religiosi irreligiosè vivant, & aliqua Crimina perpetrent, ignoretur tamen certò quænam & qualia ista Crimina sint? Judex hoc inquirere volens, advertere debet, quod contra dictas Personas Processum incipere nequeat, nisi verè præcedat infamia vel clamorosa insinuatio qvæ talem infamiam ad Judicis aures non fenerat at fæpius detulerit. Nam fundamentum Inquisitionis contra certas Personas est infamia seu clamorosa hujusmodi insinuatio, succedit enim infamia loco actoris ut ex Capite: *Inquisitionis* &c. Et Capite: *Qualiter* & quando 2. de accusat. Omnes doctores fatentur. Hæc tamen infamia non ab uno iusurrone aut infami, neq; à pluribus offensis & malevolis Personæ ejusmodi, at à providis & honestis Personis Ortum ducere debet; Nec ullò modò

(126)

modò citra mortalē culpam est in Pro-  
cessum trahendus vir honestus ex uni-  
us depositione, & si aliquid quis dicat,  
habenda dicta pro nō dictis, cū ad torū  
paternum prius spectent, quām ad Cri-  
minosum juxta Præceptum Xti. si pecca-  
verit Frater tuus, argue eum inter te  
& ipsum solum &c. Cùm ergo ad au-  
res Prælati pervenerit in certo loco  
vel Collegio aliquaque delicta patrari, de-  
bet locum seu Collegium illud accede-  
re, ac super vitia & vita infamatorū in-  
quirere, testes cùm juramento exami-  
nare ut veritatem cognoscere & scan-  
dalō providere possit. Sic ergo Pro-  
cessum incipiet :

JN NOMINE DOMINI Amen.

Anno Domini N. die Mensē Cùm  
ad aures A. R. P. nostri NN. famā  
deferente non semel, at səpius à probis  
& honestis Personis pervenerit, quod  
in Collegio vel domo NN. quædam  
inconvenientia statui ac dissona ege-  
rint ; Accessit ad ipsum Collegium  
assumptō N. Secretariō, ut videret an  
res

80

res se ita haberet, ac scandalo pro posse obviaret. Adeo ġs de infamatorum Consuetudine ac vite ratione inquirere volens, illos qui sunt prædicis familiariores examinare & in testes adhibere dispositus, prout examinavit & in testes adhibuit. Et primò accersiri jussit NN. Patrem vel clericū &c. Etatis N. Annor. N. Cui delatō iuramentō de veritate dicenda, prout & tactis Sacris Evangelij juravit, Canonias interrogaciones proposuit teneore ut sequitur :

## Interrogatoria generalis Inquisitionis.

1. An, & quomodo, & quo tempore Cognoscat Patres NN. &c ?
2. Cujus Opinionis & famæ tam apud se, quam apud alios existant?
3. Cur ejusmodi famâ laborent?
4. A quo tempore ipsa hæc de eis Opinio Circumferatur & quomodo id sciatur?
5. An de aliquibus delictis & quibus

bus in particuliari sint infamati, & unde? &c.

Et sic per ordinem examinari poterunt alij, qui depositionibus suis una cum Provinciali & Notario subscriptent. In alia facie filuræ Responsorijs ad singula puncta adiunctis vg;

*Vocatus NN. Annorum NN. Super Interrogatoria de N; Resp;*

*Ad 1um &c.*

*Ad 2dum &c.*

Q. 2. Qualiter procedendum sit in Inquisitione speciali tam quoad Personam, quam quoad delictum? R. Si ad aures Prælati pervenerit aliquem Certum Religiosum v.g. Petrum Commisisse aliquod determinatum Crimen vg. *Furtum*, aut quid Simile, & Prælatus velit iuridicè contra eum procedere ac specialiter in id inquirere, scire debet se hujusmodi processum incipere non posse, nisi publica infamia, seu Clamorosa insinuatio totius Familiz, aut majoris partis, vel indicia manifesta in eodem genere delicti præcedant, quia sine aliquo istorum

(129) (50)

istorum, delicta reputantur occulta, &  
nondum per Præceptum dominicū pri-  
vatī Correcta ac emendata. Ita Colligi-  
gitur ex S. Thoma 2.2. q. 67. a. 3. Et  
Clarè patet decretalium Cap. 2. Qua-  
liter & quando de Accusat. Ubi  
dicitur, quod Inquisitionem Canonicam,  
*Clamorosa infamatio* debeat prævenire.  
Et Capite: Inquisitioni Ibid. habetur:  
*Inquisitio solummodo fieri* debet super  
illis, de quibus Clamores aliqui præ-  
cesserunt. Si autem unus vel alter in-  
formaverit Judicem vg; Petruin esse lu-  
spectum de tali delicto, &c. Non est fa-  
mā Clamorosa, nec Judex potest trahe-  
re in Processum reū; Ut mordicus de-  
fendit insignis Canonista *Spatharius*  
*Tract. 3. e. 4. & 5.* Acriter taxans  
& Injustitiae argenti Judices aliter pro-  
cedentes, ac statim in funestissimos  
Processus cū viris honestissimis provolātes.  
Quod ipsū decrevit Bonif. VIII. Cap. i.  
*& 2. de Accusationibus in 6.* Unde  
Judex prudens debet bene pōderare an  
hæc vel illa delatio etiam plurium vere

à viris probis & honestis ortum habeat, Deum solum præ oculis & non aliud quidpiam habentibus ut requirunt jura læpius allegata, nec promptè delationi deferre, sed differre ac monere, sol9 enī aliquorū (ut aī *Gaudentius, Vandenberghe Theol. Canonista C. II.* §. I. de *Inquisit.* pag. 67.) murmuratorum & invidorum Clamor, ad hanc Inquisitionem non sufficit; Ne dicamus *Pilatum* rectè inqvisivisse contra Xtum ad solos malevolorum Clamores, sed tenentur Prælati facti veritatem diligenter investigare exemplō Dei, qui auditō clamore contra sodomitas, ait Gen. 28. *Descendam, & videbo utrū Clamorem qui venit ad me, opere cōpletiverint?* Considerandum itaq; est non quód dicitur, sed unde, & à qvo vel qvib9 aut qualiter dicatur, cùm certum sit plures Innocentes Vulgi opinione & oppressione injustâ Judicū perrisse. Ita *Passerinus in Tribunalē Regularium 9. 8. a. 2. n. 9.* Unde Cap. *Inquisitionis de Accusat. decretali*

*et illo loquuntur.* Nec ad petitionem eorum qui libellum infamtionis porrigunt in Occulto, procedendū est ad Inquisit. super contentis ibidem. Ubi Peyrinis Canonista formul. litt. P. C. 16. I. 17. advertit; Quod Processus fabricatus super hujusmodi Literis, sit ipsō Jure nullus. Docet verò donatus Tomo ad q. 25. Quod scribens quis literas cōtra Prælatum sine nomine v.g. vulgo *Cæcas*, continentes delicta occulta contra Fratrem vel Superiorē Loci, peccet ex genere suo mortaliter, quia revelare occultum Crimen fratris sui, graviter lādit proximum; Et Capite: *Clericus maledicus*; dist. 46. hujus modi malefici excommunicantur ut docēt ultius authores *apud Vandē loco supra cit.* p. 69. n. 21. & tanquam infamatores debere puniri; Sicut v.g; Religiosos subditos in unum convenientes & scribentes delicta Superioris animō infamandi vel injuriandi etiā ad supremū Prælatū, peccare mortaliter certū ut habet Glossa in Cap. *Inquisitio*, Verbo:

(132)

*In occulto convenientes &c.* Ubi dicit quod hi sint deteriores Latronib⁹ furantibus bona nostra ; Et si sublequatur Inquisitio à Prælato super ejusmodi ; in Inquisitione illa nullus eorū poterit esse testis, imò possunt omnes ut inimici & conspiratores à testimonio repelliri : *Vt docet Glossa in Caput Ex hibita. De Jūdic.. verbo : Cōspirat. Quia quasi inimici ex odio hoc facere præsumuntur, unde ab agendo sūnt repellendi.* Ibid. Cùm ergo Jūdex Inquisitionem specialem contra aliquem infamatum aut indiciatum instituere voluerit, hāc vel simili formā uti poterit :

**IN NOMINE DOMINI, AMEN.**

*Anno Domini, die, Mense. Cùm famā deferente non semel, at sèpius, non à malevolis, sed à probis & honestis Personis pervenerit ad aures A.R.P. NN. Ministri Provincialis Provinciae N. quod NN. (describitur hic Persona & delictum) habitō de*

de super maturo constitô, Et assumptô  
NN. Notariô, decrevit contrâ NN.  
super his inquirere, ac Canonicum Pro-  
cessum formare, prout Et formavit Et  
juxta Juris dispositionem Et statutorum  
Nostrorum prescriptum procedere con-  
stituit. Itaq; videre volens an res  
ita se haberet? de infamati consuetu-  
dine ac vita ratione nonnullos ejus-  
dem loci Religiosos examinavit ac in-  
testes qui non fuere delatores adhibu-  
it; Et primo accersiri jussit NN.  
Patrem vel Clericum &c. Cui delato  
juramento de veritate dicenda, Et per  
ipsum suscepit, prout Et tacitum Evan-  
gelijs juravit; Interrogatus fuit: Nb.  
Interrogatoria Conscripta ante juramen-  
tum, debent prius prælegi Cuique; ut sin-  
gula ruminet, advertat, super quæ iura-  
re debet, ac quæ ipsi dubia videntur &  
incerta aut ad forum Criminosum &  
publicum non spectantia, excipiat à fa-  
ma publica & taceat.

(134) (S)

## Interrogatoria contra NN.

1. Interrogatus NN. annorum N.  
Et c. utrū sciat, vel præsumat Causā præsentis examinis?
  2. Interrogatus an cognoscat P. NN. Et quatenus a quo tempore?
  3. Interrogatus cuius vitæ famæ, Conditionis sit dictus P. NN?
  4. Interrogatus an dictus NN. sit ejus amicus vel inimicus?
  5. Interrogatus an babuerit aliquando differentiam aliquam cum illo?
  6. An sciat quid ad præsens sit dicto Patre?
  7. An illum tale delictum NN. sciat commisisse? Vnde sciat? An etiam alij sciant & qui?
  8. An illum prius præcepto Xti. præmonuerit? Et c.
- Ad ultimum, Quid odbuc scit de P. NN Conscientiōe deponat.
- Et sic si plures etiam accusati de diversis sint, de quolibet Interrogatoria leorsim formentur per cōsequēs & semper

per de unoquoq; præmittatur in medio;

## Interrogatoria contra NN.

1. Vtrum NN. publicè & cum  
scandalo restiterit? ejus dispositiones  
vilipenderit?

2. Vtrum hæc vel hæc aliquando  
dixerit?

3. Vtrum contra eundem in hoc vel  
illo loco &c.

4. Vtrum scit quod præfatus N. hoc  
vel illud egerit?

5. Vtrum viderit quod &c?

Ad ultimum:

Quid ad hoc scit contra N. depo-  
nat &c.

Quod si prius examinentur in Com-  
muni non ut Testes, post illorum ex-  
amen omnium, accersendi sunt actores  
& testes, actorquidem rigidius qui te-  
stibus timoratis iubendus id probare  
quod obijcit. Dein Testes unus post a-  
lium. Ad ultimum Reus per omnia  
illa Puncta examinari debet & moneri  
ne audeat tergiversari, & negare factū

me-

• 38) (136) 60 •

memor juramenti praestiti ac etiā probationum quæ illi de plano sine nomine testium legi debent ac quæ eum palam convincunt; Alias descendetur cū illo ad Torturam Religiotam quæ est veberatio , Castigatio jejiorum, &c. Quibus habitis, dimitatur illâ vice examen ; Interim Responsiones singulorum ad singula Puncta in alia facie Chartæ ab uno quoq; manū propria subscribantur itaq; v.g. Vocatus NN. Annorum N. super Interrogatoria de NN. Respondit.

*Ad 1num &c.*

*Ad 2dum &c.*

*Ad 3tum &c.*

Et sic procedatur cōnexē de alijs accusatis &c. Et subscrībat quilibet examinatus sic Puncta :

Ita deposui sub Conscientia, & super Veritate Depositorum juravi;

( Vel si Judex aliter processit )  
Subjungat : Paratus sum jurare NN.

Post examinata Puncta per Testes

(89) (137) (80)

stes juratos , procedit Judex ad Re-  
um ex illis punctis examinandum, & si  
quod depositorum per Testes negave-  
rit, annotetur v. g.

Vocatus tandem Citatus vel Accu-  
catus NN. ut ad objecta sibi repon-  
ret, & se Justificaret, Respondit :

*Ad 1mum &c.*

*Ad 2dum &c.*

Debet etiam in quocunq; Processu  
titulus apponi continens illius caulam;  
vg; *Processus de furto Commisso per*  
*NN. Inquisitio contra NN, de su-*  
*specto Consortio &c.* Examen debet  
repeti semel & iterum si necesse est, &  
non unâ die res præcipitari, ut videre  
est supra lib. I. de officio Judicis pun-  
cto. &c. Tandem his peractis fit fere in  
hæc verba :

### Conclusio Processus.

Post hæc descendit P. Visitator ad vi-  
sionem & examen depositionum ; Et  
cùm (:Hic præviè reo vel reis con-  
centia Testium, & ipsius si quæ est con-  
tra

• 138 •  
era præmissum juramentum perfidia a-  
perienda, non revelando nomina Te-  
stium, sed simpliciter dicendo:

*Ad 1.* Primus Testis ita depositus &c.

*Ad 2. &c.* Cū reperisset N. Convictum  
de objectis, processit tandem ad senten-  
tiam ponendam ac decernendam, atq;  
visis videndis, & auditis audiendis pro-  
ut de convetudine ac Jure, formavit  
tale decretum :

## Sententiarum formulæ IN NOMINE DOMINI AMEN.

**N**Os NN. Provinciæ N. Provin-  
cialis ac Judex Ordinarius. Vi-  
sis ac diligenter discussis omnibus &  
singulis in causa vel causis coram nobis  
acticatis contra NN. signanter de, &  
super N. (ponatur hic Crimen super  
quo factus fuit Processus.) de quo præ-  
fatus N. fuit accusatus, vel denunci-  
atus, vel infamatus & Inquisitus, &  
enature consideratis testium deposicio-  
nibus contra prædictum, N. super me-  
morato

(139) (50)

morato Crimine ipsōq; citatō & in-  
terrogatō & sufficienter auditō in o-  
mnibus suis defensionibus, habitog; Ju-  
per hoc peritorum consilio. (Vel si cō-  
judices Provinciæ adfuerint) RR.  
Patrum Nostri Provincialis Consisto-  
rii consil.o & assensu, ne delictum hoc  
maneat impunitum ; Deum præocu-  
lis habentes, ut de illius vulnu nostrū  
Judicium prodeat, & oculi nostri vi-  
deant æquitatem, per hanc nostram de-  
finitivam sententiam quam in scriptis  
ferimus Christi nomine In re catō sen-  
tentiamus, declaramus NN. ut Con-  
viclum per testes integros atq; incor-  
ruptos de Crimine NN. ut proinde  
juxta Sacro-Sanctos Canones & nostræ  
Religionis statuta atq; capitulorum  
Generalium decreta pœnam N. cōsti-  
tutam per Menses N. vel annum &c.  
humiliter subeas, ac strictè exequaris,  
mandantes in virtute S. obedientiæ ac  
sub formali præcepto Domūs Superio-  
ri ac omnibus, ne in minimo præsens  
nostrum decretum audcant violare aut

zib;

(140)

tibi in aliquo condescendere & relaxare.

(Nb. Hic rigor rarissimè & nisi in incorrigibilibus addendus est.) Datū  
N. Anno Menje die :

Nos qui supra NN. mp.  
Si conjudices ; fuerint, sub scribant singuli similiter.

Lecta, lata, & publicata, per me  
N. Secretarium in Domo nostra N.,  
Annō, Mense, die, ut supra NN. A-  
ctuarius mpp.

### Clausulae Decreti.

**S**i reus delictum confessus est solus, ponatur ut supra : dicimus, pro nuntiamus, deciaramus P. nn. Commisso N. prout ipse ore proprio & spontaneā voluntate confessus est. Si verò Circumstantia mereatur diminutionē, dicatur : Quia verò sponte confessus est, & remisit se pietati P. Provincialis, & suis defensionibus renunciavit, ideo temperandum cum illo circa rigorem penae statuimus ; Proinde condemnamus

(141)

mus illum solum in pœnam N. reſer-  
vantes nobis ius & arbitrium talis pæ-  
næ diuturnitatem moderandi, prout  
judicaverimus pro tempore salubriter  
in Domino expedire. Sic dicimus &  
ſententiamus &c. ut ſupra.

**Forma ſententiæ con-  
demnatoriæ in caſu Notorij.**

**IN NOMINE DOMINI AMEN.**

&c. ut ſupra &c. dicimus, pronunti-  
amus, & declaramus Notorium eſſe,  
quod N. ſit repertus condemnabilis &  
de jure punibilis eò quod notoriè per-  
petraverit NN. Quapropter ipsum  
condemnamus in pœnam NN. &c.

**Forma ſententiæ reperti  
in flagranti ſive ſit confessus,  
ſive non.**

**IN NOMINE DOMINI AMEN.**

&c. ut ſupra &c. dicimus, pronunci-  
amus & declaramus NN. Reum re-  
pertum

(142)

perfum fuisse in flagranti delicto. (Ponatur cum suis circumstantijs) Proinde esse de jure punibilem ad formam Canonum nostrorum Pœnaliū, vel statutorum &c. Qua propter ipsum cōdemnamus ad Pænam &c.

## Forma sententiæ contra Reum Contumacem.

### IN NOMINE DOMINI AMEN.

&c. ut supra &c. Visis & diligenter consideratis omnibus & singulis Indicis & probationibus Coram nobis factis in Processu contra NN. diffamatū, seu denuntiatum, vel accusatum de Crimine (Exprimatur.) Consideratō etiam quod ad Comparendum Coram nobis legitimè citatus iterum atq[ue] iterū non comparuerit, nequidem post monitorium legitimè sub pænis in eo contentis in termino non solū ibi præfixo, sed etiam ad octiduum posterius dilatio. (Quod si Reus patratō delicto aufugerit, addatur;) Consideratō patriter,

• 08) (143) (S)

riter, quod delicto delictum accumu-  
lans fugit a Religione Apostatā, ob  
quod fuit publicè & in forma consve-  
ta declaratus Excommunicatus; Vi-  
sis tandem omnibus videndis ac consi-  
deratis, Invocatō Xti nomine per hanc  
nostram sententiam dicimus, declara-  
mus, & sententiamus NN. esse reum  
(ponatur delictum) de quo sufficienter  
indiciatus aut probat⁹ in actis per ipsi-  
us contumaciam (si fugerit) & fu-  
gam censendus est confessus. Dicimus  
ipsum insuper in crimen Apostasie in-  
cidisse, & de his duobus delictis esse  
verè realiter culpabilem & de jure  
punibilem; Quapropter cōmēlurando  
pœnas delictis, condemnamus Iplum  
(Ex primatur pœnæ ratio, & ipsa pœ-  
na) decernentes pœnam ipsum affice-  
re, post spatium dierum à publicati-  
one præsentis sententiæ numerandorū.  
Datum NN. &c.



§.

144) 50

## §. II.

### De Purgatione Canonica.

*Q. I. Quid faciendum Reo dum Innocenter desertur, accusatur, falso convincitur, sententiatur?*

*R. Providit S. Mater Ecclesia in Sacris suis Juribus de Purgatione Canonica, quæ licet vel maximè in Tribunali S. Inquisitionis vigeat, tamē ubi se reo offert justa defensio, nemini est dene-ganda, sed ubiq; in tali casu Canonicè admittēda. Ita Emmanuel de Puteo Ord. Jud. c. 15. p. 96.*

*Q. II. Quid sit Purgatio Canonica?*

*R. Est probæ vitæ ac estimationis, ob falso tamen impositum crimen maculatæ vindicatio, ac legitima & à jure introducta satisfactio. Sic Card. Hostiensis tit. de Purgat. Canonica. In criminibus tamen notorijs & plenissimè probatis aut confessis in Judicijs, non datur locus Purgationi Canonicae. Ex Capite: Cum delictis &c. de*

(145) (50)

de Purgatione Canonica.

**Q. III.** Quando infallibiliter currit  
in Iure Purgatio Canonica?

R. Quando est semiplena tantum de  
objectis probatio; Capite: *Inter solli-  
citudines; de Purgat. Canonica.* Di-  
co autem quod possit ponи semper in  
praxi, dum reus graviter infamatus de-  
delicto, non potuit plenariè convinci.  
Et quia alias multa indicia & probati-  
ones semiplenae urget Iudicium, ne im-  
punis dimitatur propter scandalum, po-  
test ipsi mandari purgatio Canonica.  
*Sic Lessius l. 2. c. 29. Dub. 17. n. 169.*  
Et ceteri cum eo Canonistae.

**Q. IV.** Casu autem quo debet fi-  
eri dicta purgatio, quomodo est faci-  
enda?

R. Constitutus Reus in praesentia  
Praelati, debet per Deum & per SS. qua-  
tuor Evangelia jurare se non commis-  
se delictum de quo est infamatus. Ut  
Cap. Quoties. §. Porro. Et §. fin. de  
*Purgat. Canonica, in 2. decretal.* Dū  
facit tale juramentum debent esse præ-  
sentes

(146)

sentes Testes probatæ vitæ, qui Reum  
benè cognoscentes, debent & ipsi ju-  
rare credere se Reum non commisisse  
tale delictum licet id in conscientia ejus  
non videant. *Vt in Capite: Inter solli-  
citudines, ut supra.* Et vocantur Cō-  
purgatores, qui debet esse numerō magis  
aut minus aucti juxta gravitatem infa-  
miae exigentis. *Ita Innoc. III. Cap.*  
**Cum in Juventute;** Et ista purgatio  
debet esse publica, si publica fuit infa-  
mia delicti. Hoc modo tandem pur-  
gatus liber per sententiam Judicis de-  
bet declarari ab illa infamia, & infama-  
tores puniri.



Forme

• 08) (147) (S)

*Forma Sententiæ Absolu-  
toriæ pro Reo reperto Inno-  
cente, seu quādo Reus Citatus  
suam Innocentiam manife-  
stè probavit.*

IN NOMINE DOMINI AMEN.

**N**Os NN. ut supra &c. Visis ac diligenter discussis omnibus & singulis in causa & causis coram nobis adicatis cōtra NN. signâter quod (&c. Ponatur series delicti &c.) & id quidē accuratē examinatis multis Testibus coram nobis Notarioq; nostro scire cu- ravimus, & cum ad scientiam juris Canonica m̄ Judiciiq; nostri sufficientia documenta, multò minus efficacia & convincentia nulla ad ejusmodi Crimen probandum allata essent; Purgationem Canonica m̄ Reo iniunximus, qui con- stitutus in præsentia nostra oblatō al id sibi juramento quod se immunem a culpa hac, per consequens & à pœna in conscientia cognoscat, per Deum &

per SS. quatuor Evangelia iuravit  
se non commisſe delictum, de quo fuit  
infamatus; Et hoc præsentibus testi-  
bus probatæ fidei, qui & ipsi jura-  
mento id confirmarunt Credere se Re-  
um non Commisſe tale delictum. Nos  
igitur Deum p̄e oculis habentes cui  
soli internorum patent arcana prævia  
hac Purgatione Canonicâ Rei, eundem  
innocentem declaramus, ac præsentis  
sententiâ ab omni culpa & pena  
ab solvimus, absolutumque pronunci-  
amus nec de fure punibilem ultra  
censemus, & pro absoluto ac  
penitus liberò ubiq; & omni loco,  
tempore haberi volumus ac mandamus,  
& Causæ huic perpetuum silentium  
imponimus, ac contravenientes, obij-  
cientes, sugillantes, aut quoquomodo hac  
dere diffamantes ubi ad judicium de-  
lati fuerint nostrum vel successorum  
nostrorum, tanquam infamatores Inno-  
centum, Calumniosos, ac detractores  
& pacis internæ & externe con-  
vulsores

S) 149 (50)

vulsores pœnis simili delicto decretis  
& quibusvis alijs majoribus succum-  
berè volumus ac declaramus. Datum  
NN. &c.

### §. III

## Formulæ Canonicae in Materia Appellationis.

**A**ppellationi de qua supra pag. 96. cùm debeat esse secundū Canonistas rationabilis, legitima, justa utpote quæ interponitur ad excutiendum injustum gravamen quod quis patitur & cùm sit species justæ defensionis, semper est deferendum; *ut Cap. II. de Appell. docent;* sive sit extrajudicialis sive intra-judicialis; Etsi Judex à quo appellatur, Apostolos sive literas reverētiales ad altiorem Judicem appellanti requisitus non tribuat, ejus invalidus est Processus. *Ita patet ex Cap. ab eo. de Appellat. in 6.*



Formæ

150 (56)  
**Forma Apeliandi à Sét.**  
Interlocutoria, vel gravamine  
Admodum Reuerende vel Re-  
verendissime Pater N.

**PROVINCIALIS,**  
vel Commissariè vel Visitator &c.

**Q**via contra me N. latum est de-  
cretum ut subeam talem N. pæ-  
nam, & me per hanc Sent. injustè  
gravatum videam lac sentiam, ex  
hac ratione. quia &c. Hinc Cum omni  
humilitate & reverentia non animo  
protelandi Iudicium, sed me eximendi  
à gravamine & consulendi indemnita-  
ti meæ, appello à prædicto decreto &  
gravamine, quod volo & insto ut re-  
scindatur; Aliter provocò ad A. R.  
Patrem NN. (Exprimatur Iudex  
altior) & peto mibi provideri de Apo-  
stolis instanter instuntius instantassi-  
mè. Datum anno N. Mensē N. &c.  
Quod si Provincialis illam Appellati-  
onem

(151) 56

onem rejiciat; Subjungat Actuarius. **A.**  
**R. P. Provincialis** considerans Cau-  
sam Appellationis à supradicto Appel-  
lante productam, invenit eam in ju-  
re & facto insubstantem, & decre-  
vit eā non obstante ad ulteriora pro-  
cedere. Quod decretum cùm fuisset  
per me Secretarium intimatum Patri  
N acquieavit. Datum Ec. Ego N.  
Secretarius.

Si verò appellans non acquiescat sed  
ulterius appelleat; Prosequitur Secreta-  
rius: Quod decretum cùm fuisset Ec.  
intimatum Ec. parti, denuò appellar-  
vit, & iterum instituit hanc appellati-  
onem admitti, & iterum atq[ue] iterum  
petiit Apostolos instanter, instantius,  
instantissime. Datum Ec. Ego Se-  
cretarius. Et tunc ut dictum est, de-  
bet Judex à quo appellationem admit-  
tere, & Apostolos saltim refutatoriòs  
dare.



Forma

• 98 (152) 50

## Forma appellandi à Sēt. Definitiva.

A.R.P. Provincialis, vel Cōmissarie

Cūm mihi nunc lecta & intimata fu-  
erit sentētia quā cōdemnor ad pæ-  
nam N. & per illam me enormiter  
gravatum sentiam, ab ea sent. & gra-  
vamine appello Superiorēm Judicem  
N. & Apostolos peto instantē, instant-  
ius, instantissimē; Ego N. appello.  
Quodsi Judex immediatus appellationē  
non acceptet, ponatur ut supra.

## Forma Concedendi Apostolos Refutatorios.

Cūm NN. appellaverit sub die, Mē-  
sc, Anno, Coram nobis à Decreto  
vel sent. nostra lata & publicata die  
Ec. & nos talem appellatiōnem &  
causam ejus reiecerimus tanquam nul-  
lius justae defensionis, & tamen ille  
ēterum à decreto reiectionis appellave-  
rit & Apostolos petierit, ipsos prout  
de

OS(153)SC

de jure ejus appellationem & causam  
refutantes concedimus, & justitiam  
nostrae refutationis ad A. R. P. N. &  
successivè ad alios prout de jure remit-  
timus; Intendendo quod per hoc re-  
um à nostra jurisdictione etiam in hac  
causa minimè dimittamus, sed eam  
de jure prosequi, & definire velle  
pronuntiamus. Datum &c. Ego N.  
Minister Provincialis &c.

## Forma Concedendi Apostolos Reverentiales.

**C**VM NN. ut supra &c. usq; ad Apo-  
stolos; petierit. Quamvis haec no-  
va appellatio nobis frivola visa fuerit  
tamen ob nostram reverentiam erga A.  
R. P. N. Generalem, vel alios, ad  
quos appellare posset, prædictæ appelle-  
lationi duximus deferendum, & defa-  
ctio deferimus, & petitos Apostolos re-  
verentiales harum serie concedimus.  
Datum &c.

Ego N. Commissarius vel  
Provincialis &c.  
Vide

154  
Vide plura apud Vanden in Ptaxi  
Criminali Religiosorum pag. 300. C. 7.  
§. 8. & contra. Ubi & formas  
Sent.dandæ à Judice *ad quem* re-  
peries, nos brevitati studentes  
finem libro huic  
imponimus.





# J N D E X

Rerum & Verborum

In quo litera l. librum; §. Paragraphum;  
q. quæstum. p. pag. denotant.

## A

Absolutio in Visitatione. l. 3. p. 23.

Abbreviationes sive Rubricæ Canonum:

l. i. §. i. n. 3. p. 4.

Actor quis & qualis? l. i. §. III. p. 16.

Actus investigationis de corpore deli-  
cti l. 2. actû III. p. 58.

Actus Citationis Rei l. 2. p. 59.

Actus Quærelæ in Acta inferendæ. l. 2.  
p. 54.

Actus de substantia Judicij Summarij  
qui? l. 2. p. 2. q. 2.

An.

• 50 (\*) 50 •

An Regulares habeant potestatem Sum-  
mariè procedendi ? l. 2. p. 5. q. V.  
Ante Sent. reum arrestare an liceat ? l. 2.  
p. 61.

An occulta delicta quæ soli delinquenti  
sunt nota revelari possunt ? l. 2. p. 20.  
Appellatio quid, & quando currit ? qua-  
lis debet esse ? l. 2. p. 96.

Appellationi quando deferre debet Su-  
perior, quando non ? Ibidem.

Apostata propriè quis l. 2. §. VI. p. 113.  
Apostata & fugitivi quas poenas incur-  
runt ? Ibidem p. 114. & sequ.

Apostata & fugitivi apud nos privantur  
locò Professionis. Ibidem p. 116.

Apostoli quid ? & quando reo conce-  
dendi ? l. 2. p. 100.

An ordo correctionis fraternæ sit ex  
Præcepto ? l. 2. p. 14.

An occulta delicta Superiorum cadant  
sub Præceptum ? Ibidem p. 19.

## B.

Bina monitio Canonica præcedere de-  
bet

**bet Ejectionem, imò & trina.** l. 2. §. V.  
p. 103.

## C.

Carcer Ecclasiasticus five Regularis non  
debet esse sordidus aut squallidus ut  
angustiâ, frigore, &c. l. 2. §. VII. p.  
119.

Carcer apud Regulares est poena valde  
gravis. Ibidem. p. 120.

Carceris poenas Prælatus Regularis non  
potest infligere, nisi ordine Canoni-  
co & Judiciali. l. 2. §. VII. p. 120. n. 3.

Carceratis subsidia spiritualia non sunt  
deneganda Ibidem. p. 123. n. 5.

Caulæ Criminales Clericorum quæ non  
spectant ad Regulares Prælatos l. l.  
§. I. n. 2.

Citatio Rei antequam Condemnetur est  
necessaria de jure positivo & natura-  
li; adeoq; de substantia Judicij cuj⁹  
libet. l. 2. Actū. 7. p. 76.

Canones Pænales Religionis Nostræ. l.  
3. p. 23.

Culpa

15 (\*) 50

Culpa levis, & gravis. quid? Ibid.  
Clausulae decreti quales esse debent? I.

2. p. 140.

Conclusio Processus qualis? I. 2. p. 137.

Corretio fraterna quid sit? & quas culpas præcedere debet antequam in judicium deveniant? I. 2. p. 12 & seqv.

Crimina excepta quæ ab ordine juris? I. 2. p. 48- & seqv.

## D.

Delictum quid? & quotuplex? I. 2. §.  
II. p. 6. & seqv.

Delicta occulta qvæ, & an ad judicium deferri possint? I. 2. q. v. p. 20. & seqv.

Delictum abolitum Prælato non deferendum, vel emendatum. I. 2. p. 35.

Denuntiatio Evangelica quid? I. 2. p. 12 & 13.

Denuntiator DEUM præ oculis habere debet & non aliud I. 2. p. 55.

Denuntiator debet præviè jurare. Ibid.

Defensio Rei nullo modo à Judice impetrata.

pedienda, Unde, & qualis ? l. 2. actū  
8. p. 81. & sequentibus.

Depositio testium. l. 2. actū v. p. 62.  
Delatio etiam plurium multū discuti-  
enda l. 2. p. 120,

Denuntiator de quibus interrogandus à  
Judice? & per qualia Puncta ? l. 2.  
actū II. n. 2. p. 56.

## E.

Ejectio alicuius Incorrigibilis quando à  
Judicibus facienda ? & quomodo ?  
l. 2. §. v. p. 103, & seqven.

Ejectus num sit ipsō factō ab exercitio  
Ordinum suspensus ? Lib. 2. §. v.  
quæsitō 6. p. 100.

## F.

Fama non est Clamorosa ab uno vel al-  
tero. l. I. §. III. quæsitō 4. n. 2. ad  
finem.

Fama sola licet legitimè probetur per  
duos testes, nec semiplenè probat in  
Criminalibus. l. 2. p. 74. n. 5.

Forma comparitionis. l. 2. n. 2. p. 57.  
For-

• S(\*) S •

Fœrmulæ Sententiarum Canonicarum. l.

2. p. 138.

Formale & minimè informe Judicium in  
quo consistat ? l. 1. §. III. q. 3.

Formula Sent. reperti rei in flagrantî  
Crimine l. 2. p. 141.

Forma Inquisitionis seu Processus faci-  
endi. l. 2. p. 142.

Forma Sent. Contra reum Contuma-  
cem. Ibid.

Fugitivus quis ? l. 2. §. VI. p. 113.

## G.

Gravitas Culpæ in sacris Canonib⁹ quæ  
l. 3. p. 23 & seqv.

Gravitas in ijs qualis requiratur qui Ju-  
dicijs prælunt ? l. 2. §. V. p. 106. n. 3.

## H.

Honorius III. Papa Rescripsit Judicibus  
Regularium: Quod nullius testimonio  
quantūcunq; Religiosus existat nisi  
juratus deposuerit , in alterius præju-  
dicium debet credi. l. 2. p. 64.

Jn.

Incorrigitas quid & in quo consistat?

l. 2. §. V. p. 104. n. 2.

Inquisitio quid est & quotplex & qua-  
liter in ea procedendum? l. 2. p. 40;  
& seqv.

Inquisitionem Canonica Clamorosa ins-  
famatio debet præcedere l. 2. p. 129.

Investigatio de Corpore delicti l. 2. p. 58.

Interrogatoria quomodo formata? l. 2.  
p. 134.

Invalidum Judicium quid & quando?

l. 1. §. III. q. 4.

Judex debet addere defensorem reo si  
se defendere per se insufficiens est. p. 81.

Juramentum Judiciale remitti nemini  
debet. l. 2. actu. 2. p. 55. n. 2.

Judex antequam denuntiatorem susci-  
piat, consideret ne Crimen non diffa-  
matum ad suum admittat forum. l.  
2. p. 53. & seqv.

Judex Ecclesiasticus & officium ejus  
quid? l. 1. §. II. & III. Verbo *Judex*.

Judices in Causis Incorrigibilium ad e-  
jectionem qui? l. 2. §. V. p. 105. n. 3.

• 38(\*) 8 •

Judicium Criminale incipit à quærelante seu accusante. l. 2. p. 51.

In quo autem Consistit? p. 107. n. 5.  
L.

Libri decretalium de quo agant in genere? l. 1. p. 1. §. I. n. 1.

Literas infamantes de occultis scribere aliqui9 maximè Prælati seu Superiores, quale Crimen? l. 2. p. 131,

Lampas ante SS. num ardeat semper?  
Visitator inquirat ferio? l. 3. p. 15.

Lumen ad surrectionem matutinam ibidem. *Ibid.*

M.

Modi procedendi contra Criminosos. l. 2. §. III. p. II. & seqv.

Missarum Obligationes videre debet Visitator. l. 3 p. 19.

Murmuratorum & invidorum Clamor ad Canonicam Inquisitionem non sufficit. l. 2. p. 130.

N.

Nemo invitus trahi potest ad agendum contra reum. l. 1. §. III. q. 2.

Notarius debet jurare ante Judicij inchoationem l. 2. actū 2. p. 54. No-

Notarij quod munus & in quo Consi-  
stat? l. 2. pag. 57.

Notarius Omnia interrogata Judicis &  
Responſa testis fideliter notet. Ibidē.

O.

Occulta delicta dictō vel scriptō revela-  
re, Vel de eis proximum infamare  
nullā præcedente correctione fra-  
ternā, quale crimen ? l. 2 actū XII.  
de Processu. p. 131.

Ordo Correctionis fraternæ præceptō  
Christi obſervandus quis ? l. 2. § III.  
p. 14. & ſequentibus. Non eſt invertē-  
dus ut fit à perversis, qui prius deſe-  
runt quām præmonent. l. 2. p. 23.

Ordo practicus Judicij Criminalis Sum-  
marij l. 2. p. 50. & ſeqv.

Opinionem inter probabiles illam Judex  
tenetur ſequi, quæ gravioribus nititur  
fundamentis, l. 1. §. 2. q. 6. Vide in  
ſimiſi materiam in actu XI. §. 5. l-  
2. q. 6 p. 110. de Ejectis ipſō factō  
non luſpensis,

P.

Pæna Apostatarum & fugitivorum quæ?  
l. 2. §. VI. p. 113 & ſeqv.      Pz-

- Pæna proprietariorum. l. 3. p. 29.  
Pæna Apostatarum & fugientium *Ibid.*  
Pæna contra falso accusantes & contra  
falsos testes. *Ibid.* p. 31.  
Pæna revelantium secreta Religionis. *Ib.*  
Pæna infamantium & detrahentium Su-  
perioribus *Ibid.* p. 32.  
Prælatus penes examen testimoniū abstine-  
re debet ab interrogatorijs suggesti-  
vis l. 2. p. 66. n. 4.  
Prælatus prius quam reum interroget,  
deferat ei juramentum super Veritate  
dicenda. l. 2. p. 79 n. 4.  
Prælatus potest citare testimoniū quocunq;  
modō l. 2. p. 63.  
Prælatus non potest procedere cōtra re-  
um ex testimonijs non juratis *Ibid.*  
p. 65.  
Prælatus vi testimoniorum non jurato-  
rum Religiosum incacerans, non e-  
vadit Excommunic. Canonis: *si quis*  
&c. l. 2. actū. 7. p. 77.  
Prælatus ad hoc ut reus se sciat inter-  
rogari iuridicē, tenetur reo per co-  
piam dare Processum, vel legere. l.  
2. p. 78. n. 3. Pro-

Processo fabricatus super literis infamatorii est ipso jure nullus l. 2. p. 131.

Peccat mortaliter literas infamantes de occultis spargens. *Ibid.*

Purgatio Canonica quid? & quando currit?  
l. 2. §. II. p. 144 & sequent.

Processus seu Inquisitio quando instituenda?  
l. 2. Actu XII. §. I. p. 124. Qualiter formanda?  
*Ibid.* p. 126.

Positiones & Articuli permittuntur pro arbitrio litigatiū l. 2. p. 3. 4. II. à medio. §. I.  
Pæna Electionis in quo Consistit? l. 2. §. V  
per totum. p. 102. & seqv.

Quæ solennitates in Jūdicio summario Omitti possunt? l. 2. p. 3.

Qui actus sunt de substantia Judicij Summarij? *Ibid.* p. 2. q. 2.

Quando institui potest Processus Summarius? *Ibid.* p. 4.

Quid & quotplex sit denūtiatio? *Ibid.* p. 12.

Quid agendum Prælato, cui ut Patri non ut Judici patet delictum? l. 2. p. 28.

Quæ delicta possunt denuntiari Prælato ut Judici? l. 2. p. 30.

Quid agendum superiori cui denuntiatio Judicialis facta est? p. 35.

Quid sit Inquisitio Generalis & Specialis?  
l. 2. p. 40.

Quæ

¶ §(\*) §

Quæ peccata cadant sub Præceptū Corre-  
ctionis fraternæ? l. 2. §. III. p. 15. q. III.

Quæstio seu tortura rei apud Regulares. l.  
2. actū 9. p. 85. q. VIII.

Quot modis justum Judicium pervertitur?  
l. 1. § II. q. 2.

Quales à natura & Jure prohibentur Judi-  
ces? *Ibid.* q. 4.

R.

Revelatio occultorum præcipue non nocē-  
tium publico, est illicita. l. 2. p. 24. &  
seqv. Unde Reus etiam Ipse non tene-  
tur se infamare in forensi Judicio de oc-  
cultis l. 1. §. III. Verbo *Reus*.

Reus unde dicitur, & quid est? *Ibid.*

Reus citatus si dicat se nil scire de tali deli-  
cto, Prælatus non potest eum tune in-  
terrogare Juridicè. l. 2. p. 60.

Religiosi subditi peccant Mortaliter & gra-  
vissimè cirefratribentes ex occulto Supe-  
riores suos l. 2. p. 131.

Recursus faciendus ad S. Congregat. Ro-  
mam si ex 6. Judicibus unq moriatur qui  
eliguntur per Capitula. l. 2. § V. p. 107 n. 4.

Rectores non sunt Criminalium Judices. l.  
1. § 2. q. 5.

Religiosus appellare non potest realiter i.  
e. exēdo in Persona de domo illa u-  
bi Judicatur. l. 2. p. 101.

S.

Seereta admonitio publicam denuntiationē  
præcedere debet sub peccato. I. 2. § III.  
p. 17.

Solennitates quæ Omitti possunt in Judi-  
cio Summario? I. 2. q. III.

Sententia non potest à Judge Validè ferri,  
nisi formatō & præmissō Processū etiam  
in delictis Notorijs, nemo enim Judicium  
incipere debet ab executione, I. 2. Actū  
X. p. 91.

Subditus Regularis à sent. Judicijs appel-  
lare non potest, nisi in gravamine noto-  
rio & manifeste injusto. I. 2. p. 98. n. 2.

Suspensio ab exercitio Ordinum Religiosi  
ejecti quādo, & qualis? I. 2. §. V. p. 110. n. 6.

Subscriptiones in Visitacione. I. 3. p. 20.

Super quæ delicta Prælatus habet jus inqui-  
rendi ? I. 2. p. 43.

## T.

Testi Comparenti Prælatus indicit juramē-  
tum I. 2. p. 63.

Hoc juramentū autem de necessitate fieri  
debet. Ibid.

Super quot pūctis testis iurare tenetur? Ib.

Testes de scientia qui sunt ? p. 69.

Testes de Credulitate p. 70.

Testes singulares qui super eodem faſto uni-  
formiter non deponunt regulariter plenē  
non probant. p. 71. n. 3.

Te-

Testis sibi ipsi Contrarius, nihil probat. p.  
73. n. 4.

V.

Visitoribus Occulta delicta qualiter pan-  
denda vel non? l. 2. p. 29.

Visitatio domorum quomodo & quando  
facienda? l. 3. p. 1.

Visitationis intimatio seu formula. Ibidem,  
p. 7.


Visitatio domus. p. 15.

Visitatio Personalis p. 16.

Votum decisivum circa Criminalia nec sine  
unico Cōjudice currit l. 2. § Vp. 106. n. 4.

Ad Majorem DEI Gloriam  
B. V. MARIÆ Honorem.





LIBER III.  
DIRECTORIUM  
VISITATIONIS  
Pro Clericis Regularibus  
SCHOLARUM PIARUM.



## In Nomine Domini Amen.

Inter cætera P. Præpositi Provincialis Munia, cum valde præcipuum sit Domorum sibi subditorum Visitatione, ipsam singulis annis ( nisi ægritudine aliquâ, vel rebus gravissimis impediatur ) minimè prætermittat, prout à Constitutionibus Notis p. 3. c. 4. de Provincialibus ei demandatur. Opportunius igitur hujus Visitationis facienda tempus eligens quô nempe Religiosi omnes etiam Operarij domi esse poterunt, Studiosi ac discipuli in majori numero scholas frequentabunt, & alia ad hoc conducibilia commodiora, speciales literas Rectoribus Domorū, cæterisq; Religiosis si sibi videbitur mittat, in quibus visitationem hujus-

DE JIS S.

jusmodi ac tempus quô fieri velit  
indicet. Omnes deinde plurimum  
in Domino hortabitur ad opem à  
DÉO iteratis precibus impetrان-  
dam, ut ad illius gloriam, Religi-  
onis ac Domûs incrementum, singu-  
lorum consolationem, proximorum  
utilitatem suū opus perficiat. Nec  
erit incongruum si aliquas preces  
particulares post Orationem Matu-  
tinam, vel aliud spirituale exerciti-  
um per aliquot dies recitdū seu pe-  
rāgendū imponat; scilicet: Unum Pa-  
ter & Ave cum Collectis de Spi-  
ritu S. de B. Virgine. Postremo Re-  
ctorem Domûs præmonebit ut ma-  
ture ea præparet quæ in Visitatio-  
nibus requiruntur, Videlicet: Li-  
brum Sacrorum, Obligationum, Accepti  
& expensi, Prædiorum, Officinarum,  
duplicata authentica Reliquiarum, &  
eos libros qui ad Archivū pertinent;  
Item Notā proventuū ex bonis Stabi-  
libus, Censibus. Nominā Creditorū &  
debitorum cum suis oneribus. Vel

solvendis vel exigendis. *Copias Instrumentorum in favorem Domus vel Religionis* in formam Authenticam redactas ad Provinciale Archivum asportandas.

Tandem si quid gravius ipsi Visitatori erit proponendum ut ab eo sicut magis expediens viderit suam authoritate provideatur. Interea P. Provincialis ea quae ad optimam visitationem faciendam maximè conducunt prævideat; propterea perlegat Constit. Relig: Regulas & Ritus Communes, Capitula Generalia & Provincialia hactenus Celebrata, Puncta in proximis Visitationibus illius Domus præscripta ac constituta num fuerint exactè observata? in vanum enim Visitationes abeunt si salutaria præscripta à suis subditis, per neglegētum vel maximè Rectorum non serventur; Insuper eos Authores qui de Visitatione & Negotijs Regularium tractatum habent. Suscepto igitur & arreptō itinere, cum jam

|pro-

S(?)S(?)

propè Domum visitandam accesserit, præmittat aliquem Secretarius (quem semper P. Visitator secum devehere debebit unā cum Assistente & Fratre Laico, qui sit Medicus & lingvista, qui P. Secretarius Archivum Provinciale, Sigilla Officij & hoc directorium Visitationis secum deferat) quiq; de imminenti P. Præpositi Provincialis Adventu Rectorē Domūs, aliosq; Religiosos certiores reddat; ut statim datō signo Campanæ Convocatâ totâ familiâ ad januam Ecclesiæ vel Domūs debitō honore & obsequiō suum excipient Visitatorem. Domū perveniens si in Ecclesiam statim descenderit ut decet, SS. Eucharistiæ SACRAMENTUM Venerabitur, & aliquantulum Orabit, Opus Visitationis Domino enixè cōmendans ut ipsō adjuvante initium, ac ipsō dirigente feliciorem exitum sortiatur. Deinde suscipiens de manu P. Rectoris aspersorium, primum se,

A3

demum

S(6)S

demū omnes alios genuflexos aspergat. Et postea se domū cōferat, ubi cū in parato sibi cubicula necessariam quietem & relaxationem captaverit, Secretario præcipiat seqventē Intimationē conscribere ac in publico Oratorio, seu loco Domū affigere:

JOANNES v.g. TORRES. CLER: REGUL: Scholarum Piarum PRÆPOSITUS PROVINCIALIS, VISITATOR & Servus in Xto.

Notificatur Omnibus & Singulis, quod Deodante Die N. Mensis præsentis inchoabitur Visitatio hujus Domū post Coronulam, vel N. Et hæc quidem primò ab Ecclesiâ & ejus sacris rebus. Ad signum igitur Campanæ hora prædictâ convenient Omnes, & subsequenter ad Sacrarium descendant ut functioni faciendæ assistant. PP. Sacerdotes per tres dies in Sacris collectam addant de Spiritu S., Clericis, & Fratres Operarij se præparent ut Die N. de manu Nostra Sacra Synaxim recipiant. Datum N. Idem qui supra.

N. à S. N. Secretarius.

**M**Eminerit Secretarius de his omnibus sicut de Cæteris alijs faciendis alios præmonere, distinctaq; Notam facere in Libello ad id designando, in Provinciali Archivo postea servando. In Crastinum primô mane Provincialis seu Visitator Missam Celebrabit de Spiritu S. si ritu Ecclesiæ id non impediatur, aliâs addet saltim Collectam quam faciet singulis diebus usq; ad finem Visitationis, & in hac imâ Missa si est dies assignatus, Sacram Eucharistiam ministrabit Clericis & Fratribus Operarijs.

### *INCHOATIO VISITATIONIS.*

**D**ie & horâ præscriptâ P. Visitator mandabit signū dari ut omnes ad Oratorium accedant, quibus congregatis, præviâ Oratione : *Actiones Nostras &c:* brevē Sermonem habeat; Deinde descendat ad Ecclesiam cum omnibus, & Visitationem suam inchoet in hunc qui sequitur modum:

Ab-

¶  
Absolutio Defunctorum in' Vi-  
sitatione Ecclesiæ facienda.

Facta genuflexione SS. Sacra-  
mento, sistent circa tumulum  
Nostrorum Defunctorum, ubi  
P. Visitator stans à parte Epi-  
stolæ Versus Altare inchoat

Ad se- Antiphonam: *Si iniquitates ob-*  
Pulchr. *Nostro-* *servaveris Domine, Dñe quis*  
rani. *sustinebit?* Et alternatim dici-  
tur Psalmus: *Deprofundis;* quô  
completô repetitur Antiphona  
*Si iniquitates &c.* Postea dici-  
tur: *Libera me Domine de mor-  
te æterna &c.* in cuius fine Pro-  
vincialis imponit incensum in  
thuribulum & benedicit, ac di-  
ctô ter *Kiryeleyson*, dicit: *Pater  
Noster &c.* Interim dum illud  
recitant Omnes genuflexi, P.  
Provincialis circuit tumulu n  
cum aspersorio, & ter illud in  
modum Crucis per latera &  
partes aspergit. Postea incen-  
sat more solitô, & sequitur:

¶.

- ¶. Et ne nos inducas in temptationē.  
 R. Sed libera nos à malo.  
 ¶. In memoria æterna erunt Justi.  
 R. Ab auditione mala non timebunt.  
 ¶. A Porta Inferi.  
 R. Erue Domine animas eorum.  
 ¶. Requiescant in pace. R. Amen.  
 ¶. Dñe exaudi Orationem meam.  
 R. Et clamor meus ad te veniat.  
 ¶. Dominus vobiscum. R. Et cum  
 spiritu tuo.

## OREMUS.

**D**EVS qui inter Apostolicos Sacerdos-  
 tes, famulos tuos Sacerdotali fecisti  
 dignitate vigere, præsta quæsumus, ut  
 eorum per eternum aggregentur consortio:

**D**EVS Veniae largitor, & huma-  
 nae Salutis amator, quæsumus Clemen-  
 tiā tuā, ut Nostræ Congregationis  
 Fratres qui ex hoc Sæculo transferunt  
 B. Mariâ semper Virgine interceden-  
 te cum omnibus SS. tuis ad perpetuæ  
 beatitudinis consertum pervenire con-  
 cedas. Per Xtum Dominum nostrum.  
 R. Amen.

Deni-

• 10 •

Deinde producens signū Cru-  
cis super tumulum dicit: Requi-  
em æternam dona eis Domine R.  
Et lux perpetua luceat eis.  
R. Requiescant in pace. R. Amen.

Ad se-  
pulchrū  
Laico-  
rum. five Laicorum, & incipit An-  
tiphonam: Qui Lazarum resu-  
scitasti à Monumento fætidum;  
R. Tu eis Domine dona requie-  
& locum in dulgentiæ. V. Qui  
venturus es judicare vivos &  
mortuos, & Sæculum per ignem.  
R. Tu eis Domine dona reqv.  
V. Requiem æternam dona eis  
Domine & lux perpetua luce-  
at eis. R. Qui Lazarum. V. Ky-  
rie eleyson; R. Xte Eleyson.  
Pater Noster &c. Deinde. V.  
Et nenos inducas intentionē.  
Et reliqua ut supra. &c.

O R E M U S.

**D**EVS cuius misericordiā  
animaē fidelium requie-  
scunt,

¶ S (11) S

scunt, famulis & famulabus tuis Omnibus hic & ubiq; in Xtd quiescentibus da propositus veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine latentur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

¶ Requiem eternam &c. R. Et Lux perpetua. ¶ Requiescant in pace. R. Amen. Dein. Psalmus Misere mei.

Demum redeunt cum Ministrante aliqui ad Sacrarium, ubi deposito paramento nigri Coloris, assumit P. Provincialis Colorem album, & Rector Domus stolam albam, ac veniens ad Majus Altare, finiunt cum cæteris genuflectentibus Psal. Miserere, quod finitor incipit.

### Visitatio SS SACRAMENTI.

**A**ccensis Omnibus Luminaribus in Altari, surgens P. Provincialis in gradibus, descendit ad planum & stans se signat ac dicit:

¶ Adjutorium nostrum in Nominis Domini.

R. Qui fecit Cælum, & Terram.

• OS(12) S. 6

¶. Sit Nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc & usq; in saeculum.

Deinde dicit P. Provincialis

Psalm. Psalmum: Ad te levavi oculos meos, qui habitas in Cælis,  
Quem alternatim prosequitur cum Choro. Gloria Patri &c.  
Sicut erat &c.

¶. Emitte Spiritum tuum & Crebuntur.

¶. Et renovabis faciem terræ.

¶. Memento Nostri Domine in beneplacito tuo!

¶. Et visita nos in salutari tuo!

¶. Domine exaudi Orationem meā.

¶. Et Clamor: ¶. Dominus Vobiscum.

¶. Et cum spiritu tuo:

### OREMUS.

DEUS qui Corda fidelium S. Spiritus illustratione docuisti, da Nobis in eodem Spiritu rectia sapere, & de ejus consolatione semper gaudere.

Con-

OS(13)S

Conscientias Nostras quæsumus Domine Visitando purifica, ut veniens Dominus Noster IESVS Christus, paratam sibi in nobis inveniat mansiōnē. Per Dominū Nstrū Ec.

Hic addenda Oratio illius Sancti, in cuj⁹ honorē Ecclesia dedicata est. Completis Orationibus genuflectit, & tunc Rector Domus indutus stolā & superpelliceō accedit ad Ciboriū & exponit Sanctissimum cum Pizide; P. Provincialis incessat, & dicit: Tantum ergo Sacramentum Ec. Quā strophā recitatā surgit, & lotis manibus, accedit ad Altare & Omni reverentiā visitat Sanctissimū Sacramentum. Quō peractō, prosequitur: Genitori Genitōq; Ec. p. Panem de Cælo præstitisti eis Domine.

R. Omne delectamentum in se habentem. Dein surgens dicit: Dominus Vobiscum; Ec.

O R E M U S.

**D**EVS qui Nobis sub Sacramento mira-

(14)

mirabilis Passionis tuae memoriam re-  
liquisti, tribue quæsumus, ita nos Cor-  
poris & Sanguinis tui Sacra Myste-  
ria Venerari, ut Redemptionis tuae fru-  
ctum in Nobis jugiter sentiamus. Qui  
vivis & reg. Quò finitò accepta Pi-  
xide more Soluò adstantes ♫. Bene i-  
ciit. Deinde Omnes Ordinatim ad sa-  
craarium redeunt.

### Visitatio Olei Sacri.

**D**epositis paramentis, Visitat O-  
leum S. & videt si pulchrè ac in-  
decenti loco asservetur; si recens ac  
renovatum sit? &c.

### Visitatio Reliquiarum.

**J**N Visitatione Reliquiarum hæc  
dicitur Antiphona: Corpora San-  
ctorum in pace Sepulta sunt, & Vi-  
vent Nomina eorum in æternū.  
¶. Justi autē in perpetuum vivent.  
¶. Et apud Dominum est merces  
eorum.

### O R E M U S.

**P**Ræsta quæsumus Omnipotens Deus  
ut

• SS(15)S  
ut qui glorioſos Martyres fortes in ſua  
Confeffione cognovimus, pios apud Te  
Interceſſores pro Nobis ſentiamus. Per  
Dominū Noſtrū JESVM Christū. &c.

Deinde ad S. vel SSctos quorū Re-  
liquiae ſunt Collectam adjungit, in-  
censat acaspergit:

Tandem examinat ſeriō utrū Lam-  
pas ad SS. Sacramentum diū noctu-  
luceat & ardeat. Videt Altaria, Map-  
pas, Confessionalia, Gazophilacium,  
Apparatus, Fornicem Ecclesiae, Parie-  
tes, Tecta, Fenestras, Imagines Sancta-  
orum, Ambonam, Scamna, Pavimen-  
tum, Sacrarium, cum Supellecili ac  
Inventario, Scholas, Oratoria. &c.

### Visitatio Domū.

Videat diligenter Collegium, Mun-  
ditiem vel maximè illius, Clau-  
ſurā, an Portae ſint decentes, aditus &c,  
Nitorem Curritoriorum & Cellarum  
obſervet, An Gradus intra Domum ſint  
Commodi, lucidi, interroget de Lam-  
pade an in Curritorio ſemper lumen  
adſit.

16

adsit & præcipue hyeme & Adven-  
tu, An mane penes lumina surgant ci-  
tra periculum fractionis pedum vel  
Colli, &c.

### Visitatio Bibliothecæ.

**V**Ideat an in Bibliotheca sint Libri  
sufficientes pro Studio, an sit In-  
dex Iporum Librorum, an nitidè  
& commodè conserventur, an sint  
aliqui libri prohibiti. &c.

Visitet similiter Vestarium, Hospi-  
terium, Infirmarym, & videat dili-  
genter ac conscientiosè cōmoditatē  
illius, Caminum, fornacem, Lectos  
( Dein Refectorium, nitorem Supelle-  
ctilis, Mapparum sufficientiam, Cultro-  
rum, Vrceolorū &c. ac ita prosegue-  
tur Coquinarum, Cellarium, Promptua-  
rium, Horreum, ) Tandem se Con-  
ferat ad Archivum Domūs.

### Visitatio Personalis.

**P**Eractis Omnibus Superius descri-  
ptis, procedat ad examen & Vi-  
sitatio-

• 8 (17) •

sitationem Religiosorū singulorum  
à minoribus incipiendo ut Omni-  
bus provideat & consulat, bonos in  
bono confirmet, excedentes corri-  
gat & emendet.

1<sup>mo</sup>. Visitabit Infirmos si qui sunt  
in ea domo, quibus se benevolum o-  
stendat, interrogabitq; an in eos  
debita Charitatis Officia exercean-  
tur, & provideat ne quid minimum  
eis desit.

2<sup>do</sup>; Interrogabit Superiorem an  
aliquid gravius extra Confessionem  
noverit vel audierit in illa Domo  
seu in Scholis Pijs, & quod remedi-  
um adhibitum sit. An Officia sua  
tam in Scholis quam in Ecclesia pu-  
blicè diligenter nostri exequantur;  
An Oratoria Discipuli exactè ac cum  
pietate frequentent? An aliquis ex il-  
la Domo ad Cölangvineos vel exter-  
nos nimiū affectus videatur? Quæ e-  
leemosynæ dentur Pauperibus?

3<sup>to</sup>; Inferiores & subditos in-  
terrogabit: Quid sentiant de supe-  
rio<sup>re</sup>

• 18 •

riore, & quomodo ab illo tracten-  
tur? Quid sentiant de victus ratio-  
ne, & de rebus ad ipsos pertinenti-  
bus? An Superior impedierit liber-  
tatem scribendi ad Superiores me-  
diatos? An aliquid extra Confessio-  
nem noverit in aliquo quod ei dis-  
pliceat? An officium suum quisq;  
faciat? An Regulæ & Constitutio-  
nes Nostræ exactè serventur? An  
pax & concordia inter eos vigeat?  
An ab omnib⁹ Magistris circa exer-  
citations Scholasticas diligentia ser-  
vetur? An discipuli diebus festis  
frequentent Oratoria & Congrega-  
tiones? Et alias interrogations ad-  
dere poterit juxta loci & temporis  
exigentiam; Prudenter tamen & cir-  
cumspectè pro ratione Personarū se-  
gerat. Si quid gravius intelle-  
xerit, de eo maturius & diligentius  
inquirat seorsim, & si opus fuerit  
Processum conficiat.

Post Visitationē personalem videat

imo

S(19)S

imò Libros Missarum non solum Manualium & quæ in dies Celebrandæ offeruntur, sed etiam fixarum, & postquam illarum Numerū ab ultima Veneratione per computationem cognoverit, sollicitè prospiciat in altero Libro quō pacto à PPatribus illis satisfiat, in quo sicut in re magni momenti valdè diligens esse debet, præcipueq; advertat ne maior Numerus Missarum Celebrandarum suscipiatur quibus brevi nequeat satisfieri juxta Redditi Decreta Apostolica. Deinde videat Registra Percepti & Ex-Accepti pensi, Eleemosinarū, Censuū, & Exp. aliorumq; Reddituum, observetq; An acceptū cum Expenditū concordet? An quolibet Mense per Patres Deputatos fiat rationum revisio? An depositorum pecuniarum & Casu Domūs tribus clavibus ob-

• 18 (20) 50 •

serata custodiatur. Et deniq;  
circa hæc serventur Omniā  
quæ ab Apostolicis, & Nostris  
Constitutionibus, ac Capitulo-  
rum Generalium, aliorumq;  
Majorum Superiorum Decre-  
Sub-tis præscribuntur. Tandem  
scripti- in his Omñibus Libris memo-  
ones in  
Visit. riam factarum revisionum per  
Secretarium fieri jubeat &  
illas Sigillatim subscribat, ac  
earum Copias secum ferat. His  
expeditis Prædia, Villas, In-  
ventaria, Agros descendens vi-  
Villæ, deat, Collectas fruges, proven-  
tus, familiam servilem exolu-  
Servilis  
familia. tam aut non examinet? Demū  
ad calcem visitationis poterit  
per se facere Capitulum cul-  
parum si opportunum & ex-  
pediens existimaverit, & in  
ipso cum magna charitate,  
mansuetudine, ac prudentia ju-  
xta Constitutiones reprehendat  
& corrigat culpas Religioso-  
rū, & mortificationes imponat.

•S(2)S•

### *Finis Visitationis.*

Postquam omnia & singula supra-dicta Visitavit & complevit P. Provincialis aut Visitator, antequam discedat, curabit convocari totā familiam in Oratio, & brevem Sermonē habeat, in quo laudabit quod inventum religiosum & laude dignum, emendabit quod irreligiosum & nostris Constitutionibus regulariꝝ; disciplinæ difforme ac discrepans. Hoc expletō, per Secretarium jubeat legi Ordinationes quas confecit, subscripsit, & Sigillō munivit, & illarū observantiam maximè commendet ac inculcet; sicuti & Constitutionum Nostrarum, & generalium mandatorum. Tandē infra scriptam absolutionem impertiatur hoc ritū qui sequitur:

### *Absolutio Generalis.*

**A**Ccipit P. Provincialis, sive etiam Visitator aliis ad Altare super

B<sub>3</sub>

pelli-

pelliceum & stolam Violaceam, &  
 tunc omnib⁹ genuflexis, altā voce ac  
 clarā dicatur totum: *Confiteor DEO  
 omnipotenti, quō finitō;* P. Provincia-  
 lis stans super pedrellam à latere E-  
 vangelij dicat: *Miseratur &c.* Dein-  
 de producens signum super omnes  
 prosequatur: *Indulgentiam, Absolu-  
 tionem &c.* Tandem pronuntiet se-  
 quentia Clare? Si tenemini aliquō  
 vinculo Excommunicationis, suspen-  
 sionis, & Interdicti, in quantum se ex-  
 tendunt gratiæ & Privilegia Nostræ  
 Religionis mihi commissa, & vobis  
 concessa, Ego absolvo vos, & restituo  
 Sacramentis Ecclesiæ, Commu-  
 nioni Fidelium, & unitati, In No-  
 mine Patris, & Filij, & Spiritus S.  
**R.** Amen. Deinde:

Eādem Authoritate dispenso vo-  
 biscum super Irregularitate sive Ir-  
 regularitatibus si quam, vel si quas  
 contraxistis, & habilito vos executio-  
 ni Ordinū & Officiorū Vestrorum.

**Item Absolvo Vos eādem Autho-**  
**ritate**

S (23) E

ritate ab omni transgressione Constitutionum, & admonitione Majorum Vestrorum, ab omni pænitentia oblita, vel neglecta, & maximè à pæna quæ debetur propter inobseruantiam Nostrarum Constitutionum, ut in Nominis Domini habeatis vitam æternam, & vivatis in sæcula sæculorum. R. Amen.

Benedictio DEI Omnipotentis Patris +. & Filij +. Spiritus Sancti +. descendat super Vos, & maneat semper. R. Amen.

## CANONES PÆNALES XII.

Sive de Pænis infligendis in  
Religione Nostra.

Caput Iustum.

De levi Culpa & Pæna.

L Eves Culpæ, levi etiam pænâ sunt  
plectendæ, ne Religiosi Nostræ  
Reli-

Religionis spernendo ( ut ait Salomon ) modica, Paulatim decidunt in majora. Levis igitur culpa intelligatur si quis in Ecclesia, Oratorio, Refectorio, aliisq; locis publicis vagis oculis & motu irreligiosò deliquerit; si quis datō signō ad functiones Communes & Scholasticas diligenter non descenderit, vel iniuncta sibi Officia negligenter præstiterit. Si quis in Oratorio, Refectorio, Sacrario, Ecclesia, Orationis tempore vel Concionis non attenderit, dormitaverit, vel refectioni Communi per negligentiam non interfuerit; si quis aliquam rem Ecclesiæ vel Collegij incurie tractaverit; si quis circa vietum vel vestitum leviter murmuraverit, vel Alteri & maxime Majori debitam, reverentiam non exhibuerit, & alia ejusmodi &c.

Pro supradictis Culpis & similiibus juxta qualitatem pæna imponatur, vg. Psal. Miserere, vel De profundis, brachijs extensis in medio Re-

**REFECTORY**  
Refectorij; vel Patrum pedes oscula-  
ri; vel in terra manducare.

## Caput II.

### *De Culpa & pæna media.*

Culpa media censetur ab Orato-  
rio egredi Orationis tempore,  
vel refectionis ex Refectorio absq;  
superioris licentia & levi ex causa.  
In alterius Cellam vel Communem  
Officinam ingredi , famulos incre-  
pare; Domō exeundo vel redeun-  
do benedictionem à superiore non  
accipere. Cachinnos, vel irrisiones  
ex alijs in contumeliam leviorē fa-  
cere &c &c. His & similibus cul-  
pis, imponatur pæna Disciplinæ in  
refectorio ad arbitrium Superioris;  
vel ut sine obsonio , sive ut dicitur  
pitantia, vel vino comedat.

## Caput III.

### *De gravi Culpa & pæna.*

Grauis Culpa censeatur immode-  
stè cum aliquo & maximè cum  
sæcularibus ad Censuram Religionis  
con-

• 0 §(16) 30 •

contendere vel rixari; alicui ex Sæcularibus vel nostris opprobrium, vel Nomenclaturā quæ in derisum cedat dicere aut scribere. Menda-  
cium dolosum ex deliberatione vel intentione cōmittere;. Aliquid sine evidenti necessitate juramento affir-  
mare vel negare. Alicui præteritā Culpam pro qua quis jam satisfce-  
rit improperare. Graviter cuiquam detrahere aut de eo murmurare; in privatis Cellis Nocturnō tempore,  
commorari, loqui &c. In Tabernis ( præterqvā in itinere ) comedere  
aut bibere; Extra Domum perno-  
ctare. Alterius cellam sine licentia aperire; vel ex aliqua officina ali-  
quid exportare. &c.

Pro hujusmodi & similibus cul-  
pis imponatur disciplina cum ieju-  
nio unius diei in pane & aqua tan-  
tummodo; aut jubeatur ultimū lo-  
cū tenere inter Religiosos Nostros  
per Mensēm &c.

Ca-

• 8(17) 50  
Caput IV.

*De Culpa & Pena graviori.*

Culpa gravior est, si quis præcepto soli sibi, vel omnibus imposito à Superiore contraierit; si quis verbō aut opere proximū absentē aut præsentem graviter læserit. Si quis aliquod ex Votis solennibus violaverit; si quis subditorū literas ad Generalem, vel Generalis ad subditos appetuerit vel retardaverit (quod idē juxta Capitulū Generale de Literis Assistentium Generaliū, Procuratoris Grlis, ac Provincialiū intelligendū est.) Si quis cum Superiore irreverenter & de pari contendere vel rebellis existere ausus fuerit. Si quis aleis, taxillis cum sæcularibus vel in eorum præsentia luserit; vel deniq; quodvis peccatum mortale notoriū commiserit; sequentibus pænis puniatur: Primā die in publico Refectorio post disciplinam pane & aquâ maceatur, deinde statim in Cella reclaudatur.

(28) § 6

datur per mensem vel menses pro  
qualitate delicti, & sextis quibusq; fe-  
rijs panem sumat tantum & aquam.  
Et si Sacerdos fuerit Sacrum non fa-  
ciat his diebus, si a Clericus aut  
Laicus à Sacra Synaxi arceatur.

## Caput V. *De Gravissima Culpa & Pæna.*

**G**ravissima Culpa censetur si quis  
post lapsum gravem & factam  
pænitentiam iterum lapsus fuerit.  
Si quis de graviori culpa convictus  
pænam à Superiore impositā sustine-  
re protervè recusaverit. Si quis de-  
niq; quodvis crimen cōmiserit pro-  
pter quod leges Civiles aut Canoni-  
cæ pænam triremium aut mortis  
imponunt. Si quis ȝtiō Apostatave-  
rit, vel in prima aut duabus imis  
Apostasij aultra Annū perduraverit.  
Si quis Superiorem suum percusse-  
rit. Si quis peccatum contra Na-  
turam commiserit.

Car.

• 8 (29) 8  
Carceris pæna ultra Annum, aut e-  
tiam perpetuâ juxta qualitatē deli-  
cti adhibitis iejunijs in pane & aqua,  
ter in Hebdomada puniatur.

## Caput VI.

### *De Pænis Proprietariorum & Sur- ripientium.*

**P**roprietarius est, qui post Solen-  
nem Votorum Professionem in  
Religione, alicujus rei Dominium,  
vel usum fructum privatum pro-  
priâ authoritate habere præsum-  
perit. Qui autem de proprie-  
tatis vitio convictus fuerit, juxta  
Conc. Trid: per annos duos pri-  
vationem eò ipso incurrit vocis a-  
ctivæ & passivæ, ultra quod, pænam  
quoq; carceris per duos Menses su-  
stineat.

## Caput VII.

### *De Pænis Apostatarū & fugientiū.*

**L**Icet consideratâ ratione Apost-  
tarū, ille tantū Apostata judicari  
de-

30

debeat, qui Vestitū Nostræ Religio-  
nis temerè exuerit, vel etiam cū illo  
temerè recesserit cū animo delibera-  
to nō revertendi. Nihilominus tamē  
postquā *Concil. Trid. Sess. 25. Cap.*  
**6.** Statuit prohibendo ne quis Re-  
gularis à suo Conventu recederet m.  
prætextū ad suos Superiores accedē-  
di, nisi ab eis missus, aut vocatus fu-  
isset. Insuper statuit, ut si quis sine  
prædicto mandato in scriptis obten-  
tō repertus fuerit, tanquā desertor  
sui Instituti puniatur. Statuimus er-  
go quod si aliquis ex nostris (quod  
Deus avertat!) sine sui Superioris li-  
centia ab aliqua Congregationis No-  
stræ Domo discesserit vel fugerit,  
ille sponte rediens vel aliquā vi, cō-  
muni carceri mancipetur. Deinde  
imā v. 2dā die in publico Capitulo  
à Superiori juxta Canonicum ritum  
absolvatur, & absolutus in carcerem  
detrudatur; Primā vice si Vestitum  
non dimiserit, per tres Menses; 2dā  
per annū medium; 3tiā Post annum

car-

carceris ut in Bulla de Apostatis & Eiectis  
tanquam incorrigibilis eiiciatur; quod tem-  
pore per tres dies singulis Hebdomadis  
iejunabit in pane & aqua habitâ tantum ra-  
tione temporis apostasie.

### Caput VIII.

*De Pena cōtrafalsò accusātes, vel falsos testes.*

**S**i quis aliquem de falso crimine accu-  
saverit, vel in probatione defecerit, pæ-  
nā talionis puniatur.

### Caput IX.

*De Pena Percussoris & Criminatoris,*

**S**i aliquis animō iratō alteri percussio-  
nem comminatus fuerit, per Hebdoma-  
dam 2dā 3tiā, & 6tā feriarum post factam  
in publico Refectorio Disciplinam unius  
misere, pane & aquā vescatur; si autem  
manū aliquem percusserit in carcere in-  
trudatur per mensem, quod tempore ferijs  
z. 4. & 6. puniatur iejunio ut supra.

Si autem lignō vel lapide vel aliquō alio  
etiam absq; gravi læsione percusserit, pec-  
sex Menses carceris, disciplinæ, & jeu-  
niorū pænā mulctetur. Quod si gravis ali-  
qua læsio inferatur, per annum hujusmo-  
di pænam sustineat careeris & iejuniorū.  
Si verō Mors subsequatur, perpetuis car-  
ceribus vel triremibus damnetur.

### Caput X.

*De Pena Revelantiū Religionis Secreta.*

*Qui*

**Q**ui secreta Religionis extraneis vel Sæularib⁹ manifestaverit ex quo infamia Religioni vel alicui ex Nostris subsequetur, sive aliquā vitiō notetur, per sex Mensēs carcere puniatur; Et si Sacerdos fuerit per annū voce a diuī & paſſivā privetur Bandē pœnā subeat (decreverunt Capitula Generalia) qui per manus sacerulariū contra aliquē, seu de rebus in præsenti Capite expreſſis literas scriperint.

### Caput XI.

*De Pena Infamantū & detrabentū Superioribus.*  
**S**i quis Superioribus scandalosē detraxerit, seu cō illis contumeliosē egerit, vel de iis infamantia verba dixerit aut Scripserit, per 6. Menses carceribus tradatur, & ieiunio ter in Hebdomada mace-retur. Si autē de Religiosis Nostris diffamantia hu-jus modi verba dixerit vel scripserit, per 3. Menses carceris pœnam subibit.

### Caput XII.

*De Pena Succidenium Arbores fructiferas.*

**S**ubditus quiq̄cunq̄ arbores fructiferas vites, cæterasq̄ hujusmodi plantas etiā ad horti ornamē-tum succiderit vel succidi fecerit, nisi consensus Domūs de licentia Provincialis Canonicē acces-ferit, Superior ipso factō per 3. Menses suspen-datur ab Officio, subdidi v. per duos Menses bis se-cedant flagellis in publico unā cum totidē ieiuniis panis & aquæ; quodsi contigerit ob talē er-rorē Superiorē ab Officio suspendi, ejus vices ge-ret V. Rector si sit in ea Domo destinatus; Sin v. 1. Sacerdos, nisi aliter provisū fuerit à Provinci-ali, donec de casu certior fiat P. Præposit⁹ Ge-neralis.

*Ex Antientico Archivi Varsaviensis Anno 1743.*

*D. H. J. 11. 3*  
*SS*  
*Q.S.C.*  
**Q**ui secreta Religionis e  
ularib⁹ manifestaver  
Religioni vel alicui ex N  
tur, sive aliquā vitiō notet  
cārcere puniatur; Et si Sa  
annū voce adīvā & paliū  
pēnā lubeat (decreverun  
rālia) qui per manus sācu  
quē, seu de rebus in prāsen  
sis literas scripserint.

### Caput XI

*De Pena Infamantiū & detrat.*  
**S**i quis Superioribus scandalō  
illis contumeliosē egerit, v  
erba dixerit aut Scripserit, p  
bus tradatur, & iejunio ter iō  
retur. Si autē de Religiosis No  
jus modi verba dixerit vel scri  
ses carceris pēnam subibit.

### Caput XII

*De Pena Succidenium Art.*  
**S**ubditus quicunq; arbores fri  
terasq; hujusmodi plantas eti  
tum succiderit vel succidi fece  
Domus de licentia Provincial  
serit, Superior ipso factō per  
datur ab Officio, subdidi v. per  
cedant flagellis in publico unā cum totidē ieu  
nis panis & aquæ; quodsi contigerit ob talē er  
rorē Superiorē ab Officio suspendi, ejus vices ge  
ret V. Rector si sit in ea Domo destinatus; Sin v.  
i. Sacerdos, nisi aliter provisū fuerit à Provinci  
ali, donec de casu certior fiat P. Præposit⁹ Ge  
neralis.

*Ex Anthentico Archivi Varsaviensis Anno 1743.*

WILHELMUS ERNSTE  
2359



824768 Bibliotheca 700,-  
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06616

7. III. 18

Wilhelmine Ernst  
# 2359

